
1548
Petri







DECISIONES PHYSIONOMIAE PRAESTANTISSIMI VIRI AC sapientissimi philosophi Petri de Abbano siue apponi ciuis Patauini.

IN CIVITATE PARISIENSI *scriptæ anno a natiuitate domini nostri.* M. CCC.XXXV. *Pisiensi studio edito, nu perrimæ uero a Blondo medico in altißimis speleis cõpertæ in q; lucemproductæ in utilitatem mor talium.*

MEI, VIRTVTIS

SPLENDORES



TESTIMONIVM.

CVM PRIVILEGIO DECENALI *sub insigne Apollinis*, M. D. XLVIII.

INCIPIVNT DECI-SIONES PHISIONOMIAE SCRIptæ a Petro Patauino in ciuitate Parisiensi

Cuius sunt tres particulæ, prima. P. est in intentione operis et quibusdã cõmunibus necessarijs ad hanc artẽ.

CAPITVLVM PRIMVM PROAEmiale in quo panditur intentio huius libri.

Decisio prima in expositione causæ motiuæ operis & intentione eius uniuersali: &c.

NOBILITATE urbanitatum titulus uiro fulgẽti domino Gardeloni de bonacolis Mãtuæ honorandißimo generali, Petrus Paduanensis parisiis philosophiæ minimus alumnorum grata agere cum salute ut Aristotelis canit auctoritas, amicos diligimus & si in iuditijs sint cũ propter se ipsam non utilitatis causa. Etiam secundum Ciceronem amicitia diligatur, eo demum amplius nos pre alijs uirtutibus relucentes rei ipsa natura diligere me cõuincit precipue cum nos a factis plurimorum ne cum plurimis actibus implicatum. Quare intra mei pectoris arcana reuoluens decreui uestre prouidentiæ quandam phisionomiæ compillare particulã, phisionomiam antiquitus nominatam. Est autem ipsius nõ parua utilitas cũ hac omnium actus & mores ipsorum naturales cognoscantur

effectuum ut fideles uereq; amicabiles seruatũ diligentia ab eorum oppositis secernantur.

Decisio secunda in prosecutione operis & seperatione ipsius in tres particulas.

Exordiar igitur preintentam considerationem grauißimorum ueterum sententiam imitando philomonis antiquißimi Aristo. philosophi, Palemonis declamatoris, Loxij medici qui fuere huius inquisitionis primitus fundatores, deniq; Rasis Zachariæ Auic. & ceterorum qui de hac ipsorum recepere sermones. Eorũq; & enim uerba Partita in unam lucidam et perfectam coaceruabo doctrinã. In primis quedã necessaria presenti considerationi premittendo, deinceps quedam ex cõmunibus proprijs significationibns phisionomizare monstrabo, et ultimo causæ subdẽtur narratorum et totus liber tribus particulis erit perfectus.

Capitulum secundum de notificatione reali & nominali, cuius decisio prima est de diffinitione phisionomię.

Physionomia est scientia paßionum animæ naturalium corporis accidentium habitum uicißim permutantium utriusq;, dico autem paßionum alterantium, quoniam signa & mẽbrorum dispositiones quæ physionomes considerant non referuntur nisi ad paßiones & accidentia quæ primo in eis naturaliter existunt, & non ad illa quæ sibi sunt aquisita secundo u t musica geometria, in anima caliditas seu frigiditas molities seu duricies corporis ex aduenienti extrinseco causata est, alia enim non alterant sic animæ habitum, ut demum corporis formam permutent hæc

ſinthomata corpori numquã occurentia cum non ex ſuis naturæ principijs ipſum taliter exagitent naturam exinde animæ non phiſicæ permutant. Oportet itaq; phyſionomum cum talia ſint errorem pollicentia ſigna & diſpoſitiones corporis ex ipſa rerum natura orta & animæ conceptibus membrorum ue accidentijs proprijs proportionata recipere, quem utriuſque ſimul exaltarent habitum ut ira concupiſcentia & huius limitas peruitas ut talium cætera communia non & extrinſeca tamquã impertinentia ab hac conſideratione repellere, quod & nos in prioribus anatelicis ipſe edocuit Ariſtotiles, naturam animalium cognoſcere eſt poßibile eo ſi quis concedit corpus ſimul que animam tranſmutari ſecundum ea quecunq; naturales paßiones exiſtunt additum quæ eſt naturaliũ quoniam mores & actus hominum ſecundum ꝙ rationis imperia regulariter ex ethicis ſunt conſiderati, hic uero ſolum phyſionomica perſcrutantur atq; illa quæ cauſam a phyſionomiæ membrorum contraxerunt per naturales membrorum formas & ſigna huius partis ſcientia docet de hominũ effectibus iudicare. Qua propter cum intellectus & uoluntas corporis motibus prioris ſupreſit Ptolomeo teſtante, anima ſapiens ſideribus dominetur, phiſionomia actibus & moribus hominum neceßitatem minime impinget. Sed inclinati omnes ſane ſpiritibus quæ quaſdam impulſiuas oſtendet. Quare non in merito ait longius animam in ſanguine fore fundatam operatione tamen non eſſentia, cum ſic probetur omnino a corpore eſſe ſeparata & ideo poſſunt ſereno ſobrietate retineri ad unguem Ariſto. enim dominante, poteſtates rationa-

les esse ad opposita conuersiones. Vnde hic ad Alexandrum conscripsit hanc esse phylosophiam uictoriam quidē & abstinentiam concupiscibilium, ut autem hec Alexander reciperet & huius pronosticationis iuditia ueritati astringeret, cum enim in conuentu multa uitia collegisset, in eum. s. Socratem zafirus qui se naturam cuiusque ex forma prospicere profitebatur derisus est a cæteris, qui illa in Socratem uicia non agnosceret, ab ipso autem Socrate subleuatus, cum illa sibi signa secundum rationem a se deiecta diceret, Tulius quarto tus. questionum circa finem, aliter et talis hystoria persuasit, a discipulis si quidem Socratis quorum ipsius figura depicta ut optime expresse dilata, extitit Phylomoni ingenti phisionomo, quam cum respexisset. s. membrum in membro comparasset uim signorum aduertens, pronuntiauit ipsum fore uirum luxuriosum deceptorem, coitum appetentem, ob quam causam illis indignatis culpantibus & flagellis ferè tundentibus, q̃ de uiro eximio talia iudicasset, pertulerunt, tandem hoc iudicium ad Socra. qui confessus est Philomonem uerum omnino de ipso protulisse nec unam litteram prætermittere, sed ex amore philosophiæ & honestatis sui cordis concubinas se ratione uicisse & per studium atq; abstinentiam accepisse quod prius eius naturæ negatum extiterat &c.

Decisio tercia in nominis interpretatione.

A nonnullis autem dicta est phisionomia a phisis greca lingua natura & onoma nomen, eo q̃ ipsam naturam nominet, sunt & alij uere grecantes q̃ determinatio uel lex existat naturæ a phisus & nomos quod est lex. Ex qua-

dam namq; ordinatione & lege naturæ inest q̄ talis corporis forma uel potentia animæ imprimatur & econtra. Et.n.corporis & animæ naturalem quandam armonia una obtinent consequelam, & uicißim sibi ipsis compaciuntur, ut & plurimum, q̄ & nos langores & ebrietates dicta prius nocumenta corporis edocent. Item quoq; manifestant ne tristiciæ amores & timores paßiones animæ appellatæ et propter hoc phisionomes talibus membrorum figurationibus & signis sicq; proportionatis possunt in anima talem indicare conceptum. Ita denique q̄ rationalium actualis existentium paßiones & brutorum similationes atq; ipsorum ab ipsis sedationes attendentes autem proportionari eorum animas similibus moribus et actibus subiacere uelut posterius relatione facta precipua. Verisimile namq; est simile & proportionabile effectum existentem causam modo hic concretum ostendere cum causa & effectus proportionem secundum Aristot. obseruant.

Capitulum tertium de notificatione maris & fœmelle ex proprietatibus eorum accepta & eorum differentia cuius est prima decisio in proprietatibus quę se tenent ex parte corporis.

Separãdum quidem est totum genus animalium in binas formas masculinam uidelicet & femeninam, quæ partium organizatione morum operumq; dogmate q̄ plurimũ sunt differẽtes & diuersæ, Masculinum enim genere super sti mulata ordinem non perturbet, natura caput grande habet faciem in omnem dyametrum expansam collum crassum

uiuidum & neruosum, pectus quoq; forte amplum simili ter & spatulas costas magnas dorso & sibi inuicem ue hemẽter & anteriori copulatas, dorsum omne neruosum atq; bene dearticulatum uentrem mediocriter quidem car nosum coxas & nares minores & gratiliores femellis tota quoq; extrema crassa protensa & decenti alterutrũ proportione composita & ut est omnino dicere maiores in creatura atq; fortiores femellis.

Decisio secunda in proprietatibus animæ ex parte ex quibus habetur differentia maris & femelle.

Amplius autem ut ad mores & actus est dicere animus marium uiuax est uehemens ad impetum tarde irascens tardiusq; placatur laboris propensius in operibus studiosus apertus liberalis magnanimus iustus securus anxius preuoluntarius minusq; sedulus in alijs operibus atq; ut ad unum sit singula enarare melioris moris & operationis femella perfectioris existit, hoc ergo cum maribus intra iuxta seruata omnia per contrarium femellis utiq; sunt reperta, qđ equidem Aristoteles tam ex parte compositionis organorum quam operationum & ratione in quibusdam de phisionomia sermonibus hystorialiter in leone & Pardo eximie declarauit, per leonem naturam masculinam per pardum uero femininam designans. Si autem ut stabilitum est prefata operationem non seruet unumquodq;, sed mas. cum conuersione femelle proprietates aßumat. Signum nempe ꝙ sedulus est detractor & mendax quemadmodum partes ipse mendosũ & uersipelle sibi sexum usurparunt.

Pars secunda phisionomiæ in qua phisionomizatur cuius capitulum primum est in phisionomia partium quę ex superfluitate generantur nutrimenti seu alimenti Decisio prima in phisionomia coloris in communi &c.

Ex coloribus quoq; physionomizatur pilositatibus motibus totius corporis & creatura simplici & coniuncta, coloris autem iuditio nisi quis suæ causæ proprium adiungat effectum error iudicanti in plerisq; contingat. Nam ipsorum naturæ sui superioris ratione seruando pre alijs corporis proprietatibus sed signis multipharie ac leuiter perimuntur. Conuenit itaq; profetizanti per ipsos suam loquelam ut ad maiores romanos & selectos siquidem & in cunctis alijs expediat indiuidualiter magis astringere. Color niger ualde leuis ualde torridum uersutum atq; imbecillem hominem denunciat, refertur que ad eos qui meridiei calidiora cohabitant ut indi Color uehemēter albus pallore quodam obductus timidum defectum uiribus perlate prouocat nisi uin egritudinis contingit refertur ad femellas scotorum. Cum color rubeus albo sparsus, fiunt fortes, animosos insinuet, q̧ quidem sunt naturæ, medius horum duorum existat temperamentum designat, proportionatur illis qui incolunt clima. Color inter crocedinem non tinctam & nigredinem qui uergit in brunum clarum boni ingenij & bonorum morum hominem declarat hunc quod precepit Arist. Alexandro assistere, Color autem pallore obductus imbecillem timidumq; declarat & amore femelle detentum & refertur ad he-

rosos naturæ hoc ui paßionis contingat Cumque color fuerit fuscus camellinus pallori admistus loquacem intemperatum & iracundiæ repletum demonstrat Color uelut ignis flama micantibus oculis ad insaniam & instabilitatem uertitur, Cuius quidem color uiridis obscurus aut niger non leuis pronus ad iram Rubei autem ualde sunt astuti relati ad uulpes cuius facies super tabescit si maior rubedo in fronte sistat & oculus sit diuisus pronosticat uerecundiam & ad paßionem refertur uerecundantur. n. facies rubore obducitur. Si autem simpliciter adsit rubor cum labiorum titilatione & narium ampliatione significat animum uiri ira maxima detentum refertur ad paßionis accidentia. Cui gene atq; oculi super erubescunt ad humiditatem quandam ebrij uiniq; amatores existunt refertur ad paduanos. Si autem oculi rubei sunt & sicci animosi & ueloces in iram, referentur autem ad passionem siccitas enim in ipsis contingit ac ualde autem nigri oculi timidum & lucri auidum ostendunt Albi glauci & turpidi sunt timoris signa. Cuius quidem ostendet color ualde niger ad flauū tandeus existit ut sicut color caropros boni sunt ad leones & ad aquilas relati. Mediocris cum dimissione significat uerecundiam & honestatem. Et siquidem alicuius intrinsica labiorum non fuerint rubore quodam perfusa egrotans hic a medicis iudicatur cum uenæ temporum atque ceruicis rubescere uideātur forum etiam proiminentes oculi que sanguinei iracūdum adeo uehementer ostendunt ut insaniam incurat & passioni refertur. Cum ea quæ sunt circa pectus flame rubore tincta constituunt hominem iracundia inflabilem

ostendunt

MICHAEL ANGELVS BLONDVS, SAPIENTISS. PHILOSOPHIS ET CELEBERRIMIS MEdicis Parisiensibus optimam valetudinem.

NEMPE studium meum semper fuit, iisdem rebus viros afficere, quibus ipsæ etiam afficior, Cumq; Decisiones physionomiæ Petri Apponi meas p̃uenissent in manus, quibus quantum affici potuerim arbitror vobis notum esse. Et si de eisdem ipsæ etiam scripserim, est enim eius, adeo, illustris fama, vt nomine tantum, seu voce, viros afficiat, quid ergo dicendum sit eius de operibus vobis recensendum omitto, quare cum libellus is multum me affecerit, vt vos etiam plurimum afficiat vobis illum destinaui, vestra namq; mihi iucundissima est beneuolentia, eo q; magis, vobis illum excussum recentissimæ mit

to, quia apud vestrates. Et floruit auctor & hunc conscripsit libellum, nil autem mutare vel transferre volui, sed vt in exemplari comperui scriptum ita tipis mandaui. Ideo cum hoc vobis munusculum gratum esse sensero, tũ maius etiam munus eiusdem auctoris ad vos mittam, vt meum erga vos amorem cognoscatis.

ostendunt horum quidam experientiam sæpe percepti. Ad paßionem rursus capillorum quoq; color intensus signum est insidiarum amicitiæ multa que eum colera habundare ostendat. Nigri autem castanaces, inuit rectitudinem iustitiæ quæ dilectionem.

Decisio seconda in phisionomia capillorum.

Capilli uehementer molles tactu et suaues denotant timorem quod et indis refertur. Qui etiam capillos intantum crispos habent ut piperis corrugationi similes existant inde ut apparet in indis protestantur, qui autem a capite atq; in reliquo corporis erectos pilos habuit timidus initiandus, sic enim disponuntur & timentes propter quod passionibus re. Mediocriter autem crispi & circa extremitates præsertim medij inter hos utrosq; existentes audatiam hominem non bonæ naturæ demonstrat. Cum & plurimi capillorum existant suaues aut subtilles mansuetudinem & pietatem testantur. Capilli, siquidem densæ fronti iminentes animum ferocem & brutalem ostendũt ursinis ferarum relati, hinc enim ursorum capillatura cõcordat. Si autem supra mediam fronte resuppinati existant refletentes in cerebrum calidum minusq; sapientem in bonis uirum significat qui & Barbaris referuntur, pili uero ad mediam frontem. Capilli descendant ex utraque parte depressus atq; reflexus hic naturæ comparandus est. Capilli iuxta tempora tenues & rari frigidũ sine uiribus hominem denunciant & si cum raritate rigidi extiterint timidum frigidum naturæ profitẽtur. Capilli quidẽ densi circa tempora & aures calidum hominem & libidinosum denotant. Si autem croßi albiores indociles

etiam indomitos mores ostendunt quod et frisonibus re-
fertur. Et si stabiles nigri uel aquei uiolentum inducunt
animum re. cum apios. Capilli molles narres ultra mensu
ram tenues femineum animum sanguine depauperatum
ostendunt & ebetem atq; pigrum & quanto fuerint ra
riores magis subdolum asperum & lucri cupidum ho-
minem insinuant & Barbarorum timidis proportionatur
homini, et Asiriorum extra mensuram auarissimi. Capil
li subnigri tenues cum bonos mores denunciant si non
fuerint nimis densi similiter & flaui. Capilli quidem
multi & crossi atq; densi cum pilositate reliqui corpo-
ris in puero testantur ipsum cum creuerit militiam incure
re. Cumq; linea ultima capillorum fronti iminet animo-
sus talis ex hoc ostenditur. Si enim econtra a fronte re
cedit calidum & parui intellectus hominem demonstrat.
Siquidem ultima littera post sinciput ad quod termina-
tur capillorum origo descendit uersus ceruicem in nequi
tijs callidum nunciat insipientem in bonis et libidinosum.
Et si quod ultima littera capillorum et priori parte cum
longe superior a ceruice est tardum timidum fœmineum
q; animum demonstrat. Et cum capilli tendentes fuerint
in rotunditatem spetialem cum capitis quadam spheri-
citate mobiles instabiles obliuiosi paruæq; discretionis
& sapientiæ homines denotantur motus enim spiritus
nunq̄ pausat, quod in plurimis gallicorum notaui.

Decisio tertia in phisionomia pil-
lorum superciliorum.

Supercilium pillorum longorum & multorum inepte loque
le aut multarum cogitationum multæ q; tristtiæ hominē

designat. Si autem nullum pillum habeant aut tenues fragilitate & naturæ dimißionem signat, & cum superciliorum pilli fuerint ad frontem reflexi animosum iracundum atq; stultum denunciant.

Decisio quarta in phisionomia pillorum ciliorum.

Quando pilli palpebrarum curuantur inferius uel ad unam contorquentur partem, natura mendacem callidum stultũq; designant. Et si fuerint nigri solidi, animum perfectum indicant & constantem Rari autem tenues rubicundi infirmitatem annuam denunciant prorumpere senectutem & facile tales absq; perseuerantia euanescunt.

Decisio quinta in phisionomia pillorum aurium &c.

Pillum autem in aure in intrinseco existens bonum auditum & hominem denotat mediocrem. Super ceruicem et post caput & dorsum si multum fuerint pilli fortem & animosum testantur, dicitur etiã habẽtes collum posterius pillosum liberales existere leonibus que relati. Multitudo pillorum super spatulas & collum existens dementiã & obstinaciam testatur, cum hoc etiam mobiles existentes auibus comparantur. Et pectora ualde pillosa habentes aut pillis denudata inuerecundi brutis & fœmellis humanis redacti, hijs enim similes existunt, quorum dorsalia sunt pillosa. Cum autem fuerit solum pectus pillosum audacem mobilem uirum denuntiant & medici dicunt caliditatem cordis ostendere. Multitudo pillorum in uentralibus reperta luxuriosos & stabiles & uoraces natura denunciat qui uolatilibus referuntur. Et crura pil

losa habentes ueruici existentes hircis comparantur, longisq; pillis & multis tecta indocilem ferocem q; hominē significant, hæc igitur signa ex ipsius rei accidentibus & fo. secus assumuntur ualde. Reliquum autem et nunc per ipsius substantiæ actus phisionomiæ.

Decisio sexta in phisionomia vnguium.

Vngues & si sint ex superfluitatibus producti quia tamen membri nobiliorum ut plus cordis superflua per ipsos nimirum est aliquid designare, ungues plani molles & tenues cum subrubedine albi & bene perlucidi optimum ingenium & intellectum dilucidant quod & raro contingit non inesse significat, namq; super optinentiam aqua creati sunt cognitionem, ungues asperi rotundi, prauos in uenerem designant. Et qui in medio sunt impreßi fœdos et stultos denotant, breues ultra modum malignos. Ssmiliter nigri & pallidi & reflexi curui rapaces indicant & imprudentes auibus quidem rapacibus comparantur. Hij secundum medicos cum digitorum materiæ testantur corporis consumptionem. Et cum unguens decidunt sine causa apparet lepram futuram, iam propinquam minantur. Puer sine unguibus natus aut debiles habens usum nimis salis aut diureticorū denotatur obseruasse hæc ergo signa ex ipsius rei accidentalibus & forinsecis assumuntur ualde, quia ipsam iudicantem ut dictum est opportet caute modificare sermonem &c.

Capitulum secundum in phisionomia ex operationibus partium sumpta cuius prima decisio est phisionomia motus & quietis oculorum & palpebrarum &c.

Reliqua autem per ipsum nũc substãtiæ phisonomizare actus Cuius oculi uelociter mouentur cernentes accute callidi latrones et infideles natura mõstrantur. Cuius fuerint uehementer mobiles praui frequenter palpitantes peßimum hominem denunciant nisi in corruptele contingat ꝙ in cũctis alijs accidit obseruandum. Et cui frequenter palpeb. timidum aut callidum denunciant. Quod si bene mobiles ut acuti fuerint & rapacem ostendunt ad accipitres comparati, ꝙ si palpebrum palpitacio fuerit crebra timorosus & inaniter indicatur. Et quorum nigrum dicuntur pupille si uniformiter aut diformiter ambe moueantur opus est separare. Nam si uniformiter scito illis sceleribus & facinoribus animum & homicidijs domesticis nefandisq; cibis & coniugij s esse pollutum quales credo Thyestei & Colcodi & Medee & Iasonice quæ hominum uiscera & natorum deuorarunt. Ac qualia esse œdippi memoratur, conubia igitur nempe cum nuribus & filiabus turpes cõtractiones adinuicem fuere peractæ. Cum autem sic difformiter mouentur ut nunc currant nunc autẽ quiescant hijs nondum adsunt talia facinora perpetrata in cogitatione tamen uersantur. Et uniuersaliter noui tales oculos homines peßimos subtractores & temerarios ostẽdere. Et si cum hijs turbinis pupillarum motu adsit quedam obscuritas cilijs & supercilijs & oculis uelut que-

dam superemineat nubes. Hij graui celere aligantur atq; presagium quod in rebus domesticis emineat nam quandam celitus iminentem pupille defixo & status esse oculorum denotant ingratum & cum humore quodam stantes timiditatis sunt iudicia. Si autem cum siccitate plurimi insanie. Q đ & si taliter existentes palleant mentem atonitam ex inania denunciatur. Quibus q; cum stabilitate & rerum pallore supercilia erigantur spiritus que uehementius contrahitur atq; concipitur inconsulti immites maledicti ac irati existunt. Stantes oculorum subrubentes libidinosum & uoracem significant & appetentem. Q đ si stantes cum breuitate multa ass. non modicum lucris inhyantem & auarum significant. Si & uelut lapides immobiles existunt callidus talis esse denunciatur. Oculus quietus cum palpebre relaxatione somnum atq; imbecillitatem ostendit, quiescens uehementer cum quadam faciei contractione actum speculationis insinuat. Oculi stantes parui fronte relaxata et palpebrarum mobilitate docilem cogitatorem disputatorem & de natura inquisitorem ostendunt & stantium oculorum hic solus aprobatur modus. Oculi qui raptim mouētur & uelociter perturbatum animum indicant & suspicantem in rebus tamen agendis interditor consistit. Quibus & palpebre uelociter similiter mouentur ut oculi in periculis audaces sunt & securi. Et quorum oculorum motus sunt tardi hebetes & ineptos iudicandum est habere sensus q; cum difficultate ac tentantes & cum difficultate similiter desistentes propter non posse recipere & relinquere illatum, propter quod iudicandum erit mobilitatis mem-

bra mores optimos nuntiare, uagi q; oculorum circunstan tes si cum hijs obscuriores existant libidinis denotant ex cessum ueneris que insaniam plurimam minantur fluctuã tes & tanq̃ in estu mobiles sunt in uenerem et uolupta= tem non tamen iniustitiam et rerum aliorum malis con gaudere etiam indocilitatem ostendunt. Et qui frequenter clauduntur et de nouo reserantur timidum et imbecillem denotant et si cum hoc sicci existant dolose uersare ac ex oculto insidias tendere denuntiant cum apud tales extat peruerse uel pallidi stulticiam indicant. Sunt et qui aciem oculorum terribiliter intendunt, qui et cogitationibus ini quis consumuntur. Siquidem oculorum mansuetus status existat, ad aliquid hunc humoris, cogitatores mansuetos studiosos et amatores ostendit. Q\[u\]ođ si immobiles et palli di fuerint uel cum siccitate rubicundi certum inditium ac cipitur hijs iras et furias diuturnas imminere. Si autem si gnis existentibus sumptis aliquando seipsos torqueant ue lut in girum insanie uehementiam testantur. Qui autem incerte palpebres promouet et coniunguntur cum caligi= ne et cecitate oculorum suis motibus palpebrarum diuer= sis ac superius cilium mollis oculis subductum timidi es se probantur, deprementes ex superioribus palpebris al= teram paulatim mollitur quæ reuocantes ac aciem oculo= rum dirigẽtes sunt pulchritudinem affectantes ac mechos et adulteros se fore insinuant. Palpebra quidem superior si nondum ad medium deducitur ut angulus hinc illinc q; reflexis et retractis sub luce atq; oculus cum hijs quoq; indiscrete moueatur palpebra hæc itidem signa mechis at q; adulteris ascribuntur horum autem omnium habitus

medius bene natum hominem denuntiant.

Decisio secunda in phisionomia motus aliarum partium corporis.

Motus nasi ad superiora testatur hoc idē. Et qui humeros eleuant indiscrete aut unum membrum altero contendunt uentosi sunt existentes ac melancolie quadam specie occupati conscripsit Arist. Alexandro humerorum eleuationē signum asperitatis et infidelitatis naturæ existere. Recte quidem incedens et gressu composito mollis spatulas gerens mechus et incontinens perhibetur. Quicunq; quidē se cui contorquent submittentes et confricant et prope se loquentes existentes adulatores deprehenduntur canibus domesticioribus relati. Et qui frequēter motu manuū colloquens inuidus deceptor et callidus ipse. Qui autem continue sine quiete fere mouentur et declinant ad partem sepius dextram habiliorem uidelicet iudicandi sunt stulti, declinantes autem in sinistram deprenduntur ut frequenter uiolenter.n.hoc operatur motus. Cuius siquidem motus tardius affuerit mollis et hebetem intellectu q; caretem plerunq; testantur. Cuius passus ambulatione lati sunt sufficienter et tardi spantosus est et prosperabilis in ipsius actibus inuenitur. Et cuius breues et impetuosi existunt suspiciosus festinus et preceps nuntiatur, qui et si in rebus sit solicitus acquirendis eas tamē dispositione ignorat. Qui longorum sunt passuum magnanimi indicantur et efficaces sunt, in efficaces sunt parue mentis parti et memorie compuncti artifices si sint inter existentes obscure. Celeritas q; gressus cum certo et claro corpore et honesta habitudine callidum insinuant

qui res

qui res incipiendas q̃ perficiendas magis aggreditur. Et si celeriter mouet oculos submittens se comprimens & multum deducens totumq; se corpore complicans, timidus ualde parcus uersutus & malus ostenditur. Et si tamen motus celeritate perturbatio occurrat oculorum, sitq; capitis instãtia et hanhelitus spißitudo magnarum cladium inanis & audax denotatur. Breuibus paßibus ambulans & accelerans malignus iudicatur, imbecillis tamen & timidus est habẽdus, Tardus natura incessus animũ pigriorem iudicat, in alia potiora dissentiẽtẽ. Si autem curata sit tarditas interdum quiescens ceruicem q; reflectat & circunspicit se superbũ hunc hominem esse designat. Cũ autẽ pedum ac manuum motus cum corporis tocius motibus concurrunt & bene moderate ac tranquille inferuntur cum declinatione aliqua corporis decenti & ceruicis, magnanimus & his & fortis indicatur, Re quidẽ ad leones, talis enim eorum existit incessus.

Decisio tertia in physionomia uocis.

Qui uocem habet crassam altam & sonoram, est audax eloquens & bellicosus. Cum uox est crassa iracundus precipitans et male iudicatur naturæ, festinus in uerbo præsertim, cum uocem ingracilem habuerit improbus stolidus importunus mendax atq; irascibilis nuntiatur & omnino prauorum morum existit. Cuius uox dulcis fuerit inuidus & suspiciosus iudicatur. Vocis pulchritudo stoliditatem & paucam denotat sapientiam ut genus quoddã uocis asperæ, inuidus est & malum corde retinet occultatum. Cuius uox nõ hanhelitu lõgo perficitur uilis signũ. Et qui uocem grauem habuerit sui uentris seruus erit.

Qui clamant ano inchoantes graui terminant q; in acutum ut boues mollis sunt affectus et ad placandũ proni. Qui acutam cum siccitate uocem promunt uersipelles ac subdoli ferè probantur. Mollis uocibus citis atq; destructus loquens timidus & effæminatus iudicatur. Quiq; molliter et sine tensione uocant mansueti sunt ouibus relati, fortiter ac uehemẽter uociferantes iracundi, qui uocem quassatam & grauem tamq̃ de uasculo conquassato promuntur inclinante, natura stulti sunt & uoraces. Quorum quidem uocis sonus ingratus consistens ut ouiũ aut caprarũ, sic uoci propinquus stulticiam denotat. Exprimentes uocem tanq̃ ex concauo pectoris grauem inflexibilem, uiriles indociles & magnanimi denotantur leonibus relati. Qui tardum & grauem uocis sonum habent tranquili sunt & iocundi, horum quidẽ iusti & affabiles mores existunt, qui ut aues uocem prorumpunt proni sunt in uenerem, faciles & manes, uoxq; inflata tenuis ac lugubris tristis, asperum atq; suspitiosum ostendit. Et quorum in natura res uox concurrit sic ut nares consonet mendaces maliciosi inuidi & aliorum sunt mali congaudentes. Amp. uox uehemens strepens uelut sonus indecenter permixtus uiolentum iniustum in corde odium gerentem denotat. Vox uero tarda inertem præcipitem impudentem declarat. Et cuius uox in medio mediocriter se habens subtilitate & crasicie sapiens prouidus uerax & iustus habetur. Vox quoq; & sensus & similiter aliud hominis esse cui animalium similitudinem obseruauerit similes mores secundum Platonem monstrabit. Amplius in omni phisionomia excellẽciatur defectus

ustio & feruntur, in medio enim uirtus consistit.

Decisio quarta in physionomia risus.

Qui sufficienter ridet benignus est amicabilis omnibus leuiter ostenditur ac minime pro aliquo solicitus apparentiq; decentie comparatus. Nimis tamen risus dicit Aristot. Alexandro reuerentiam remouet, senectutem quæ causat Parum quid ridens priori opponitur, omni homini displicent acta. Qui alta uoce ridet cum quodam strepitu inuerecundus est. Ridens quidem cum tussit aut difficultatem spiritus paciens mutrethidus aut tiranus iudicatur.

Decisio quinta in physionomia hanelitus.

Hanelitus ordinatus inter magnum & paruum mediocris existens quietem cordis & hominem placidum denuntiat. Sine causa quidem suspirare & gemitus diu & alte exprimere melãcoliã futuram maximam quæ testatur, cũ & spiritus intersecatur ordinatus existens & demum cum angustia prodit æstum & gemitum cogitatione & agone detentum significat & præsenti alicui malo immixtum præsertim si caput quaciatur. Si quidem cum gemitu oculos torte deducit iam dolet quidem in anima comtemni uestigans modum quo illud ualeat perpetrare, hanelitus cum rugitu quodam & narium ampliatione emissus feritatem grauemq; iracundiam brutalem & impetuosam quod & pa. refert. Quibus spiritus perturbatus & spissus existit ac si cursu uel aliquo forti nõ laborauerint accidenti impetuosi sunt atq; iracundi. Cum quidẽ breuis & spissus fuerit hanelitus ac ualde decidens interceptus timidus iudicatur hic & imbecillis. Qui autem cũ suspirio & uultus quadam pietate ac clementia destitui-

tur amore talis heroes ligatus uocatur. Hanelitus altus intercisus cum gemitu similis dolorem & tristitiam denotat in amissis. Dicunt quidem medicorum illustres spiritum per os & nares frigidum existentem propinquam mortem protendere.

Capitulum tertium de physionomia partium capitis omnis cuius prima decisio est de quantitate capitum.

Magnum caput ultra rationem condignam sensum adauget uirtutem quæ etiam magnificentiam denotat dum tamen uirtutis bonitate & non materiæ molle tale consistit constiterit. Paruum autem contrarium denotat iste secundum Gallenum sit omnino praue operationis pro se non præsertim cum prauitatis fuerit figuræ coniuncta malicia, hic enim timidus homini perfidus uelocis ire & esitans iudicatur in rebus, hijs tamen Arist. in problematibus uersari naturæ in cuius quidē libri expositione hos duos unam communem concordiam adnotaui quod præsentis considerationis non existit. Caput quod breue maximæ quæ conspicuum sit uirtute & sapientia hominem denotat quod in gentibus refertur capadocum. Caput pineatum inuerecundiam denotat. Caput quod inepte prolixum, & organizare, obliquum impuditiæ signum existit. Quod si humile & planum fuerit insolentiæ & dissolutionis est nota. Similiter & eminentia in priori parte retinens insolertiam dicunt testare. Caput quoq; in anteriori parte ualle quadam concauum dolosum denotat & iracundum. Caput magnum cum frontis latitudine & uultu quasi gigantis tardum mansuetum for

tem & indocilem denotat quod et bouis accipit rationẽ. Caput tamen longum aliqualiter protensum ut maleolo sit simile qualia tuscorum sunt capita prouidum denunciat & circunspectum. Caput rectum in medio leue & ferè planum media quidem magnitudine maius sermonibus ingentem & magnanimum denotat. Caput quoq; ad omnia mensuratum ingenio denotat excellentem sensu perspicacem & liberalem & interdum timidus reperitur.

Decisio secunda de physionomia frontis.

Cuius uehementer existit magna, piger ponderosus iudicatur bouibus comparatus, & cui parua & angusta existit stolidus indocilis & inquietus inquinatus & uorax ostenditur relatus ad sues. Rotundum dicunt q, iracundiã & sensibilitatem ostendit qui oblongam habent sensibus preualent dociles aliquantulum tamen uehementes fore cernuntur. Spaciosa nimis & lata rigidioris ingenij & pauce discretionis notam aliqui profitentur. Quadratæ mensurantæ magnitudini capitis & uultui consona uirtuosum sapientem et magnanimum denotat, relatus ad leones frontem planam habentes ultra meritum honores sibi satagunt uendicare. Cum curua quidem alta extiterit ad iocunditatem accedens stolliditatis est nota. Humilis quoq; & demissa denotat uerecundiam turpia minime admittentem. Cum autem fuerit tanquã obducta eidem capite supereminente insolertem & dissolutum denuntiat. Quibus ad medium obstricta contrahitur ad apparentem sunt quorundam paßionem relati. Et cum uehementer est rugosa est inuerecundus. Et qui tensam cũ

quadam habent luciditate adulatores & dollosi ytalicorum bononiensibus comparati. Et dicunt, ꝙ rugis carens litigia ac rixas susitantem testatur. Habentes rugas superius frontes in rectum retractas & maximæ ad narium existentes cogitationum hij & melancolici designãtur, Laxam & diffusam cum tranquillitate uelut aridentem cutem ipsius habentem concauam ualde ac si foret defossa uersuti & asperi sunt reperti & forte insaniunt in sicia. Cui uelut nebula in riuum fronti iracundus notatur, tauro uel leoni comparatur, habens obscuram & demissam cum tristitia lugubris animi & tristis nunciandus. Ad apperiens pati relatus, horum autem medium est uirtus.

Decisio tertia de physionomia superciliorum.

Quando expanduntur ad tempora immundus iudicatur. Et dicunt ꝙ supercilia longa irrogantem & uerecundum denuntient. Et uidi ea luxuriosum denotare quæ est sene ctutis tempore augumentatur ut plurimum. Supercilia inferius a parte naris descendentia & superius uersus tempora elleuata & sic utraq; diuulsa inuerecundum inuidum hebetem solidum atq; satiabilem denotat porcis comparatum. Supercilia si fuerint directa lineata & prolixa malum imbecillem in fœmineum animum demonstratur mulleribus relatum. Supercilia curuata paruam & angustam mentem denuntiant. Arcuata adeo ut penè naso adiungantur subtillem & ingeniosum denotant & actibus ipsius studiosum. Si autem eidem denotant tristitiæ et paruæ extant sapientiæ nota & actibus ipsius ut dicunt uersus oculos incuruata inuidiam denotare. Si quidem

arcuositas curuitates declinat ad temporum gibbositates & genarum negligens & malæ suæ uitæ regimen deno= tant dispositiones. Cum uero fuerint supercilia rara dya metris comensurata sint que magna hic facilis de notatur intellectus.

Decisio quarta de physionomia palpebrarum.

Cilium quod appropinquat oculo iuxta angulum in la= chrimali si ultra modum paruum & subtile dispositio= nis consuetudinis & figuræ malitia denotatur & cum carnosior locus ille existit, ut uulnerum oculi astutia & mala caliditas indicatur. Cilium superius eminens infla= tum magis quã plenum parum supra oculum declinans in solertem & quasi uisum denotat ligatum. Si autem de= clinat inferius plenum crassum maximæ cum sit rubore obductum potatorem rumosum denuntiat. Quod si subti= le retractum inferius fuerit intantum q̃ oculi non ob album siccitatem denotat corpori dominari. Quod quidẽ si in aliqua peracutarum paßionum contingit, in tale na= tura c onstiterit, testatur hypo. mortem nuntiare futuram.

Decisio quinta in physionomia oculorum se- cundum esse ipsorum cuius. s. ij.

Quando fuerit recta quasi lineæ protendet fœmineam mol litiem & animi lenitatem. Item supercilia dimissa uel ni mis depræssa sint nudum sicut dicit Aristot. libro pri= mo de ph. Itẽ supercilia eleuata et in pillis spissa animo sitatem protendunt depauperata uero a pillis & oblonga timiditatem. Item si fuerint spissa et longi pilli uisu quodammodo opprimentia excessum caloris significant Arist. libro sexto. Item si fuerint pillis spoliata aut in=

teriorem habet sanguinis corruptionem ut in leprosis aut naturalis humoris consumptionem ut in ethicis aut meatuum & humorum opillationem ut in castratis & dicuntur exarescere circa senectutem in tantum q uisum impediunt nisi rescindantur ut dicit Aristot. libro tertio ibidem &c.

Reliquum autem deinceps latiorem de oculis refere sermonem quia in ipsis summa physionomiæ uis consistit ut postmodum ostenditur. Ait namq; Palemon oculos uelut fores animæ fore ac ipsam emicare per eos. Ab oculis porro inspicientia iudicia assumuntur ex figura quantitate et qualitate positione et motu de cuius significatione dictum est prius. Et si de oculorum coloribus sermo non tetigit hic tamen locus latiorem de ipsis tractatum expostulat. Glauci uehementer parui sine pudore fide et iustitia hominem denotant damnis que congaudens alius aligenis Trementes quidem parui cum minimæ sint glauci grecæ dicitur haropoti insanie et dementie ascribuntur. Quibus si fuerit nigredo coniuncta uehementiorem promunt iracundiam, Glauci sicci, feroces pariunt mores. Humiditati quidem glaucedo adiuncta materijs siccis prauos nuntiãt mores. Corusci si glauci fuerint et sanguinei temeritatem seruo insaniam denotant. Varias cum. glaucedine pupillas dicunt dementiam significare, Glaucedo cum et multiplex in magis et minus existat optima illa glaucedinis natura. Cum oculi humidi tranquilli magni atq; placidi consimiles extiterint, animosi, hij enim et ingeniosi cernuntur. Ac siquidem in uarijs magnis quæ glaucis gutulæ coloris rubei maximæ puluerulenti qui color hianos apellatur

latur nigro corrupto ſimilatus, prouideat in giro, or=
dinate turbatum animo & uinoſum eſſe deſignat, uerum
audacem & ingenij prævalentem acumine. Ad hoc gutu
læ rubentes modius quidem plus in nigredinem uergentes
ſic ut in tuentibus nigreſcere iudicantur, generoſum ani=
mum iuſtum probum ingenioſum aiunt denotare. Qui
tamq; guttulis nitoris intus relucēt nitidos mores compo
ſitos craſſos q̄ ualde demonſtrant. In quibus guttulæ ru=
bicundæ fuerint uehementer non omnino rotunde ſed ad
quadratum accedentes ſublucent uelut hic ignis inferior
& intrinſecus poſt ipſas alte conſtant guttulæ palori q́;
mixtæ ac alie glauceſcentes & circuli pupillas forinſe=
cus ambientes ſanguinolenti conſiſtant uel carnei ſit q́;
oculi magnitudo, nitor q; pupillæ ut palpebram moneat
palpebra et pendeat, ſub hijs animus oculis ocultatur
qui ferax omnem atrocitatem excellit quidē & qui mini
me ualent cogitare, hij enim ſunt infandorum perpetrabi
les, non a domeſticorū ſanguinis effuſione non ab impieta
te ulla doli q; uerſutia ſe abſtinent, ſicut affecti, quare pu
to huiuſmodi oculorum notam illum ſceleratiſſimum tira
num Ezelinum de romano humano itaq́; ſitim ſangui=
nē habuiſſe. Age in huiuſmodi oculis guttulæ quanto ma=
gis fuerint rubicundæ ac minutæ eo ingeniū iracundi in=
iurioſum acceleratum oſtenderit. Maiores quidem & ob
ſcuriores hæc nephanda minuunt ſed minime tollunt. Ni
græ guttæ aut ſanguine in nigris pupillis aut & utro=
q; perfuſe colore, maleficum & fœnerarium teſtantur.
Pallide uero dolis & obſtines malignationibus ipſum
amplius inherentem denuntiant ſicut & ſanguineis auda

tior concernitur. Summa obseruationis ista determinatur q quanto guttularũ colores existunt, uehementior designatur in tanto, per earum.n. ut decet obscuritatem, hic minorantur scelerata Amplis. Arist. conscripsit Alexandro, deteriores oculorũ existẽtes sunt habẽtes albas maculas aut nigras, siue uelut sanguinis rubeas circunquaq; hic & enim homo cunctis deterior magisq; proditor & maxime reprobandus. Maculæ circa pupillam ut dictum est apparentes prauum denuntiant, quibus si oculorum uarietas adiungatur deterior est. Si oculi sinistri circulus rubeus constiterit & humidus nullaq; superueniat disparitas magnum sapientem iustum & religiosum ut dicunt insinuat. Si uero post oculi nigredinem consequetur fallacem furem peribuere deditũ, in sceleribus q; obsene conuenientem denuntiatur. Sunt & oculi tam uarij uelut arcus demonis iris appellatus qui quidem sicci existentes insaniem denuntiant. Humidi autem non procul sunt ab illa qui si ad hoc natura constiterint magnificentiam & ueram denotant sapientiam, iracundum tamen protendũt & in uenerem promptiorem. Pupilla huiusmodi citrinitate nigra si fuerit ac si deaurata appareat dicunt medici sanguinis fluxum per inferiora denotare, uinosi sicci maniam indicant. Sunt & pleriq; oculi liuore obducti undiq;, quorum nota in malo accipitur si nullo signorum meliorãtur, si latitauerint temerarij enim infelices atq; iniusti conspiciuntur, oculi liuidi uelut tenebrosi nocentie sunt iudicia, plus tamen si fuerint sicci nec multum refert an magni uel minores tamen maiorem testantur nequitiam. Speties tamen huius, tenebris obductorum oculorũ

ſuper partem magnitudinis fuerint & quieti oculi ſolicitum docilem diſcendi cupidum timidum ſatis q; parcum & minus denuntiat continentem. Qui caligine ſunt obſiti malis artibus ſunt imbuti infideles intemperati unde intelligendum per optimos eorum fore contrarios perlucidos, ualet dum nullum ſignum mali aliunde impugnans & tales refert Palemenon oculos, Adrianum Imperatorem habuiſſe hponai. ſ. humidos magnos luminoſos atq; corruſcos homini & enim ſunt luminoſi, coruſci ſi fuerint cum glaucedine coruſci & ſanguinitate temeritatem indicant & inſaniam maxime. Nigri coruſcantes & tremuli timidum & ſedulum profitentur, cum & ſine paruitate & uarietate ſunt oculi ſtatumq; optinent menſuratum optimum mentis habitum declarant. Quare & oculorum mediocres aprobantur inter nigrus & uarium exiſtentes medij in aliorum prediċtorum in multum exiſtant radioſi nec rubedo aut citrinitas uel aliud ſe præſentent tales nanq; bene natum denuntiant. De oculorum coloribus diċtum ſit haċtenus.

De figura & ſitu oculorum.

Oculi uelut bouum ſenſum peſſimum ſtultum uoracem uenereum oſtendunt & ebrioſum q; ſi cum hoc illis tremor exagitat prediċta intenduntur uitia non enim hij carent inſania. Quod ſi pallidi ſimul fuerint immites homicidas oſtendunt. Si uero ſubrubent ac magni ſint cum conuerſione ad ſuperiora uolantes alee deditos furios in mulieribus intemperatos lingua ad contemptiones promptiſſimos & clamoſos oſtendunt. Omnis. n. uitiorum ſumma ad ſuperiora tendentium eſt inſania uerſi tamen deorſum

tamq̃ concidant immites implacabiles denunciantur. Et qui cani sunt mali notam ferunt qui quanto maiores & humidiores magis sunt inuidi significatiui & idem sicciores testantur ut infideles proditores sacrilegos. Rigidi & canini denotant insaniam cani etiam defluentes dolositatis malignitatis sunt signa quæ & si inobscuro deficiunt stulti notantur. Aduc cani nimium mediæ magnitudinis existentes sicci rigidi. Aduc si supercialia heāt lata uelut oculis & genis iminentia & circa oculos pallor existat & liuor impudētem inuunt & malignum. Quod si patentibus iunguntur & mercatorem negociorum & curarū nunq̃ quietum sed semper mali aliquid cogitabit hic autem sui temporis hominem scilomon induxit alter elati deterioribus signis sunt ascripti. Profundi parui callidum deceptorem ostendunt simijs cōparati sed ubi timor & furor circa oculos paulatim atollitur insaniam futuram denuntiant. Preminentes oculi et sanguinei timidum & instabilem testantur. Quod si glauci cum hoc extiterint iniustum stolidum atq; ultra stolidum si superioribus oculis uel cilijs honerentur. Si uero promineant & sint sicci sala hæc pereminentem oculorum comprobatur. Si quidem magni sunt & nitore perlucidi iustum docilem prouidentem & amonitorem testantur. Et huiusmodi putant Socratem habuisse. Prominentes autem minimum rubicundi parui mentis & linguæ effrenate & instabiles denuntiant. Addit amplius Palemon prominentes micantes trementes & salientes quos greci panthonoy uocant si quidem parui sint dolos & uersutias ostendunt & cum hijs magni extiterint stulticijs et furijs detineri.

Siquidem mensurate fuerint magnitudinis humidi et per lucidi magnanimum magnalia cogitantem & cogitatione laudantem et proficientem ostendunt. Interdum autem iudicant iracundum uino dedituin se latrantem & gloriæ cupidum ultra mensuram humanam & tales extimant Alexandrum oculus habuisse. Prominentes oculi & circuncernentes immites fiunt pietate uentri & ueneri studentes & aliis ostendunt deditos uoluptatibus. Cum pupilla foris preeminet cum tocius maximæ q; latitudine in uerecundus stolidus loquas secreta diuulgans quod experimento cum alijs percepi. Cum secundum longum fuerint situati nudum callidum & deceptorem insinuant. Extensi uero extensione uultus ut Arist. nequam & malitiosum ostendunt ostendere. Curui suspitiosum in omnibus rebus hominem ostendunt. Oculi profunditatem habentes uisus sunt acuti contrarij econtra medijs horum habitus uirtus. Sit itaq; tantum dictum de hijs que ad figura & situm reducuntur oculorum.

Decisio quinta de physionomia oculorum.

Cum oculi risini sunt & maximi hebetem & impudicum ostendunt. Acriter quidem & uiuaciter intuentes asserũt tales greci molestes sed qui istorum humidi iudicant bellatorem uerius tamen eorum existit iuditium uelocem in agendis rebus prouidumq; atq; inoxium ostendere. Qui acriter intendunt parui cani & sicci existentes senes inuidos atq; ex occulto nocentes omnia audentes omnia perpetrantes denotant eo autem magis cum & oculi superiorem habuerint leuiorem. Si tales oculos frons obducat & tegant palpebre & exasperent supercilia hæc

erunt circunstantiam fortitudinis signa audatie atq; animositatis, erunt autem huiusmodi inconsulti nimis q; nocentes. At cum supercilia frons palpebre tranquillia & lenia fuerint acies autem intersecus amara cruda aspera hijs atrocitas atq; seuitia & omnino dolositas denotatur omnis. Oculi risui uoluptati q; permixti non omnes approbandi. Nam sicci stultiter intendentes malignitati sunt iudices, cani quoque oculi arridentes uelut insidijs constituti reputentur maximæ si gene supercilia & labella comoueantur in fundorum cogitationes aut dolos denuntiant conceptos præsertim si inter, Palpebre coeant & in terdum se tangant cogitationem nequißimam iam denotant existere. Si autem propateant oculi cum risu & errent perpetrantem iniquitatem testantur & si cum quodam arrideant timore innocentem quidem animum uerũ stolidum sine affectu sine que prudentia indicant. Cum et molliter subrident et timidi sunt cum totius uultus aperta & absoluta leticia sint quæ utreq; palpebre remisse mollis frons & cilia aliquãtulũ hominis bonũ indicat ingenium magnificum iustũ mansuetum religiosum hospitalem gratum prudentem docilem et amonitorem. Et quorũ laßiui etiam mulieri simul intuitus est luxuriosi denotãtur et inuidi. Puerorum similis intuitus et ut facies cum oculis omnis ridere sit uisa alacer hic existens diuturna pocietur uita. Et tristes oculi non sunt omnino timidi humidorum.n. hij cogitationi sunt dediti et optimarum artium denotant studia, q̃ si horum supercilia et frons sint latiora cum tranquillitate conuenientes et palpebre laudabilẽ ingenium testantur fidum benignum et grauitate pen

ſum. Quod ſi triſtes extiterint & ſicci cum hoc frontis interueniat aſper itas et aciei intentio ſitq́; palpebrarum ſubiectio nocētē feris nilq́; in auſis indicant relinquentem. Cum obclauſi ſunt & ingentes ſiquidem palpebrarum ſit crebra concluſio & apertio malignos mores & inſidioſos denotant & nocentes. Subclauſi ſi humidi conſtiterint eximiarum artium denotant occupatum non humidi ſi fuerint tremore uero & pallore permiſti proteſtantur inſaniam. Qui ſubclauſi quieſcunt uilis uel palpebris cum claudunt ſuperius extolluntur teſtantur ad idē ſunt tamen muliebres quã uiriles magis ſed uitium geſtiunt occultare. Cum quidem frequēter latitauerint oculi & in ſe conſtiterint cogitationem ſignificant inarcano uerſari utrum, boni uel mali ſunt non ex prædictis oportet diſcernere ſi. n. humidi lucidi maiores & profundi ſi molles fuerint cogitationes indicant meliores. Si uero ſicci & obſcuri ſi concaui parui. Si duri directi prauas cogitationes prætendunt & prauorum perpetrationem. Oculi ſiquidem late patentes micantes leuiter intendentes uelut continuitatem habentes ad ſuauitatem & gratiam accedunt. Palemon quidem ſui temporis hominem noxium huius ſilendo nomine ſubſcripſit quod de fanormo putant intellexiſſe, hunc & enim ait tenſam frontem habuiſſe genas molles os laxum ceruicem tenuem crura craſſa planos pedes tanquã pulpis congeſtis uocem fœmineam muliebra uerba partes omnes q́; artus ſine uigore luxurioſum diſſolutum impatientia libidinum turpia ſcelera comiſiſſe id q́; paſsim ab illis extitiſſe maledictum inſuper temerarium ueneficis ſtudentem deniq́; eſt ipſi le

tale uenenum clanculo uendicasse. Lipitudinales autem oculos inspecta disposito uini denuntiat potatorem si nõ aliunde insurgat & cum dimißione fuerit oculorum amatorem supremũ iudicabit,q; et paßioni. Re. si diu oculi permanserint aperti stoliditas & inuerecundia denotatur, hæc igitur dicta sunt in hijs quæ cuidam oculorum qualitatem naturæ uidentur pertinere. Amplius oculorũ hij quidem magni hij uero parui tertij autem medij. Magni quidem existentes inuerecundum pigrum loquacem & inobedientem denuntiant et sunt hij bobus relati. Et magni cum pupillarum magnitudine ueraciter pigrum testantur. Et dicunt etiam magnos minorem stultitiam maiorem malitiam ostendere. Parui quidem si ad dextris se conferant stoliditatem si a sinistris libidinem datum est monstrare. Parui pares existentes & iuxta nasum occurrentes ueneris sunt signa præsertim si extiterint humidi. Si quidem sicci et pallidi fuerint imprudentiæ et iniquitatis sunt nota, si trementes nihil in ipsum ac improbum reliquunt mansum. Et si ut generali artium significationi humidi deterioribus signis sunt habendi uerum si ut submoueatur cõcepta oculo semipleno, mouetur et sunt magni sed nullum aliunde signum molestans occurrat non recusant malitia temperati Amplius parui malum et stultum denotant pusillanimes sunt simijs relati. Oculorum medius sibi notis ceteris non aduersantibus sed contestantibus bonitatem uisionis bonum intellectum et doctrinam denuntiant. Sit itaq; oculorum sermo.

Decisio sexta in physionomia aurium.

Aurium quidem formæ temperamentum denotans omnino ẽ

ut in

ut in ſemicirculi extat figura Mediæ q; magnitudinis con nexo lineæ in medio aliquantulum compreſſo uerſus extrema & capiti idoneæ applicata permaneat, contrariæ quidem ſe habens contrarium denotat. Aures uehementer magnæ & prominentes ſtultitiam & garulitatem & imprudentiam teſtantur. Ait tamen Ariſt. has bonæ retentionis notam exiſtere, debent & longam uitam oſtendere. Parue autem ualde teſtantur ſtultitiam & læ-tum & luxurioſum oſtendunt. Per breues quidem uelut partite ad ſtultitiam referuntur. Cum nimium rotundæ denotant indociles. Anguſtæ autem & oblongæ teſtantur inuidiam. Cum autem iacent ſuper caput applicatæ inertiam ſignificant ſeu deſignant. Si pulpæ aurium præuie faucibus coniungantur uanilocum ſtultitiam que denotant.

Deciſio ſeptima in phyſionomia naſi.

Cuius narium extrema ſubtilia & acuta ſunt ualde iraſcibilis dilligens lites exiſtit ſicut communiter teſtãtur phylosophi, & referuntur ad canes. Sumitas uero narium ſi craſſa et obtuſa fuerit immundum & paucæ ſapientiæ denotat, Naſus quidem ſimus eſt impetuoſus & luxurioſus, Naſus longus ad os protenſum probitatem & audatiam ſignificat, aquilinus autem magnanimitatis ẽ nota et ſi fuerit extremitas narium longa & ſubtilis feſtinus leuis ſtolidus iudicandus eſt. Cuius narium extremitas ualde aperta conſpicitur iraſcibilis comprẽditur, uehementer habens naſum rotundum & obtuſum magnanimum ſe oſtendit leonibus comparatur, Et ſi in extremo fœda fuerit craſsicies ineſorabilem oſtendit. Nares tenues & lon

ge auibus sunt propriæ, cunq; proportionatur sic homini bus mobilitatis mores & leuitatis sibi uendicant, dicunt namq; cum hominis partes similitudinem aliã habuerint animam animæ similari. Narium quidem pars iuxta frõ tem existens si a fronte deposita sit honeste & seiuncte compositione bona, ut neq; alta neq; humili sed equali linea descendat, uirile significatum iudicatur constantiam & prudentiam respondens leonibus Re. Si autem narium pars sit depositior & profundior superior stultitiam & animi imbecilitatem denotat, cum signum sit fœmineæ leuitatis. Si autem in altitudine directæ elleuatæ cõtinue procedant intemperamentum ostendunt, & hæc sunt quæ in extremitate in cartilagine nasi eleuantur, & litera descendens recta ad nasi pertingunt conum. Et nares maiores simpliciter minoribus sunt meliores. Minores enim sed uilibus ingenijs & furibus & tergiuersatilibus ascribuntur. Nares cum sunt patulæ alacritatis & fortitudinis est indicium, peranguste rotumdæ confusæ conclusæ stultitiam q; proclamant. Et quibus uersus a frõte mox ceruix producitur uerecundi sunt coruibus relati. Latæ quidem debent uerecundiam profiteri. Cum nasus fuerit paruus mediocris parumper simus ad superiora & postremo leuatus uerumtamen pars inferior ad superiora extrema conuersa aut fuerit ei incisio ab inferiori ad superiora uersus nasi conum procedens luxuriam aut quorundam sceleratorum sodomiæ infandum actum denotat, quod multotiens uidi expertus. Nasus latus in medio ad simum declinans uerbosum mendacẽ irascibilem denuntiant. Medium autem horũ uirtus.

Decisio octaua in physionomia maxillarum.

Genæ crassæ ignauiam et uiolentiam ostendunt, nimium autem tenues malignitatem & si adeo paruæ situate ut ab oculis conspiciantur abscisæ plenitudinem humorum & hominem eorum pondere grauatum denuntiant. Rotundæ autem debent inuidiam ostendere, leues autem male dispositæ prolixam linguam importunitate loquacitatis mala denuntiant.

Decisio nona in physionomia labiorum.

Cuius magna sunt labia stultus & hebes denotatur, habens quidem subtilia in extremis relaxata ut & labium superius inferius aliqualiter exuperet cum ore etiam præcipue uiatori magnanimus existens, leonibus & canibus refertur generosus. Parui oris tenuia labia imbecillem timidum uersutumq; ostendunt. Habentes labia cum gingiuis super dentes prominentia enim sed dependentia maledicum clamosum iracundum ad iniuriam denotat prõptum, refertur ad canes. Si quidem inferius labium altero forinsecus ostendat & si malitiam non ostendat imprudentem & simplicem denuntiat, asinis comparatum. Ait enim Loxius q; huius in ore cũ paruo laudis studium protendere & honoris. Labia quidem absoluta ab oreq; aliquantulum dependentia ex supremo humore humiditatem inherentem ostẽdũt, quod asinis & antiquis refertur. Et qui labia habent dura subtilia circa caninos dentes supereminentia insani existentes ad sues referuntur & hic plures cognoscuntur.

Decisio decima in physionomia oris.

Cuius os magnum, gulosus & bellicosus et audax. Cum qui

dem ultra mensuram os dilatatur ac si recisum existat & deductum uoracem & immitem impium bellicosum q́; signat beluis marinis comparatum. Cum os magnum est lōge prominuerit & rotundum fuerit, cum labiorum spißitudine & aliquantulum contortum immundum stultum ferocem denotat porcis comparatum. Cumq́; oris situs in concauo uelut defosso iacet malignitatem intemperantiam inuidiam declarat. Et hunc Arist. oris ritum libidinosos ait maximæ ostendere. Os paruum masculis & fœmellis fœmininam designat naturam. Optimus quidem oris status ut nec nimis existat humile nec nimis protensum. Namq́; humilitas timiditatis est & malignitatis argumentum. Sed nimia prominentia stultitiam loquacitatem & audatiam solet tribuere.

Decisio vndecima in physionomia dentium.

Habentes dentes paucos raros debiles & minutos secundum Arist. breuis sunt uitæ. Plures spißi & fortes contrarium denotant. Cunq; canini dentium longi fuerint & firmi & propriæ ad exteriora se exponentes gulosum atq; irascibilem designant, canibus uel apris comparati. Sonus dentibus factus maniā significat, quod & interdum infantium dormiendo denotat lumbricos. Dentes cū ægrotantium fuerint & siccißimum quid humiditate omnino priuati aridi certißimum est omnino mortis futuræ citissimum signum.

Decisio duodecima in physionomia linguę.

Lingua ad inferius conuersa tranlizans aut blezisans dimariam uentris dicunt medici ostendere. Tranlizans & similiam multotiens repetens ante dictionis prolationem

melãcoliæ denotat apparatũ, lingua quidem motu cõtracta ueloci & corruptione uerborum repentina, hominem stultum impetuosum iracundum denotat. Et cum uelut lapis fuerit penè inmobilis & piger hic notatur. Lingua in naturali colore infecta discrasiam & malam dispositionem denotat maximæ uentris medij & pectoris ait Aristo. lingua uarietatem pellis, eandem totius ut ouibus ostendere.

Decisio tertiadecima in physionomia menti.

Mentum prolixius nimis iracundum & turbatum animum denotat raro tamen pietatem declarat. Paruum habentes mẽtũ iracundi sunt præter cætera uitiorũ sunt signa immitis inuidiosi, & serpentibus sunt relati. Mentum in rotundũ desinens, habentes, muliebribus moribus cognoscuntur, fœmineitatis est nota. Est quoq; uirile mentum commensuratum mediocris quadraturæ protensum in longum prolixum discensum, mentem dolis assuescentem ostẽdit, quod si fuerit diffinitione medium ut nec nimium in profundum existat ueneris est signum & erga homines gratiatorem.

Decisio quartadecima in physionomia, vniuersaliter.

Superest nunc faciei pronosticationem accipere simul reliqua cum prædictis membris continẽtia. Cuius facies uehementer est magna piger denotatur bobus comparatus. Cum multum carnosa extiterit pigritiam stoliditatem & grande denotat desiderium. Carnosa ac squalore quodam turpescens timidum significat & amentem. Crassa cum maxillarum craßitie agrestis crassam & hebetem

naturam denuntiat. Et quibus uehementer existit parua timidi callidi adulatores & in liberales denotãtur. Cum paruitas croceitatem obtinuerit prauum uitiosum deceptorem & ebriosum ait Arist. ostendere. Habentes subtilem & extenuatam soliciti sunt & multarum cogitationum dicunt & omnino rotundam existere. Et qui longam habent inuerecundi denotantur. Plana sine tuborositate & eminentia litigiosum discolum iniuriosum & inuidum testatur. Labiorum genarum & frontis cum alijs ritibus si cum truci uultu exagitatur stultum & insaniẽtem ostendit. Letus uultus arridens libidinosum denuntiat & iocundum & tristis e contrario denotat tristem. Deformen nanq; uehementer habens minimæ præter potest bonos mores habere. facies enim natura similes, natura similis paßioni eidem subiacet actualiter paßioni ut existente iracundo similitudo iracundus iudicetur quod & in alijs uitijs similiter & uirtutibus accidit reperire. Facies itaq; omni circunstantiarum mediocris carnositatis sufficienter participans ueracem intelligentem ingeniosum sapientem amantem seruitialem & omnino bene natum ostendit. Medium est uirtus.

Cuius ceruix longa est & tenuis meditantem malitiam indicare aiunt etc. non pauci stolidum imbecillem timidum & sonorum grauitatem ostendere. Vasta uero cum quadam prolixitate non ualde carnosa fortem denotat & animosum. Dura quidem & fortis iracundum festinum & indocilem signat uirtutem animi & humiditatem dicunt rotundam concurrere. Ceruix autem soluta quasi decidere inualida nocentes & insidiosos demonstrat. Collum

quoq; neruis patescentibus compositum ineptum testatur & indocilem plurimum. Et quibus circa nodum colli nimium existunt conclusa motu nec etiam subiectu potest perfectæ potiri, q; si econtra contrarium. Habentes quidẽ longum cum uastitate irascendi indociles existunt suibus comparati. Ceruix autem breuis recognoscitur & extra neo temeritatis notam existere callidumq; hic dolosum et ingeniosum testatur lupis relatum. Collum crassum & carnosum cum quadam breuitate habens, stolidus magnusq; comestor existit. Cum autem inter coniunctionem spatularum & colli originem uerticulus quidam crescit nec sibi met cætera conueniunt de leui si adsunt interualla uelut foret nodorum ex crescentia aspera superbos insolertes tales plerunq; reperiri. Ceruix declinata docilem insinuat, hoc .n. dicunt græci notaui denotare. Nimis quidem erecta non tantum quidem indocilem uerum & insolertem contumacẽ ostendit admonitiones nequaq̃ suscipiens. Rigida quidem & tanq̃ defixa similiter indocilem & insolertem ostendit quo & stulti plerunq; notantur. Cuius quidem perfixum & immobile discernitur, differentia siquidem mobilis plus stultitiæ cõparatur. Si uero firma indocilitati. Ne autem contingat errare sunt & qui ceruicem seuose confirmantes & tunc in modicum caput huc et illuc contorquendo eorum pandunt stultitiam. Est.n. propria flexe ceruicis stultitia. Cum uideris ceruicis fluxus cum aliqua labiorum contractione risui cuidam atestante et oculorum extra ordinem girationem aliaq; inconstantiam in sedendo & instando et uocem audieris tremulã, constanter hunc effœminatum et malo

rum morum nuntia. Ceruix retorta ſuperius inſolertem immitēt ſignificat et inanem. At pectoris pars inflexa con ſiſtens animum plenum cogitationibus deſignat occupari Interdum tamen per ſimoniam & interdum malignitatem oſtendit. Variatur ut & in cæteris ex adiunctis alijs poteſt contingere. Ceruix ſi in partem declinauerit ſiniſtram ſtolidum & chiuidum .i. caninum ſignat. Solida & uaſta ceruix longa quæ & difficulter flectatur rapaces inſinuat qui & ad martigroas refferuntur. Habens uero magnum collum mediocriter non uehementer craſſum carnoſum magnanimus nuncietur, leoni compara tur. Horum quidem medium uirtus.

Deciſio ſecunda de phyſionomia guturis.

Gutur aſperum animi habet leuitatem & garrulitatem aui bus tale relatum. Singularis uertex uelut nodus exterius apparens leuitatem partim habet non tamen audacem non maleficum oſtendit ſed triſtem ac triſtificum in ſeipſo ad alios autem ſuſpitioſum denotat. Giboſum gracilem longe prominens conſumptionē inducunt medici ſignifica re & interdum criſim colericam & ineptum motum monſtrare.

Capitulum quintum in phyſionomia partium manus magnę cuius prima deciſio eſt in phyſionomia ſpatularum.

Humeri carnoſi ſolidi fortitudinem habent laxi molles ani mi infirmitatem ac timiditatem monſtrant. Humeri ſiqui dem tenues in acumen tendentes inſidioſum oſtendunt. In diſcreti autem articuli & nodi ad ſtultitiā ſunt relati muſculi eminentes & humeri fortitudinem & arrogantiā

dicunt

dicunt ostendere. Humeri siue spatulæ solutæ sufficienter & latæ liberalitatem significant. Quibus autem cum difficultate solubiles conuulsæ liberales apparenti concedentiæ relati. Et subtiles dicunt humeros sensus paucitatem ostendere et latos e contra, intellectus bonitatem. Humerorum aut capitis spatularum eleuatio uehementer elongata stultitiam insinuat, quod & Arist. dixit Alexandro signum asperitatis & infidelitatis existere, ipsum nanq; hoc, medici unum signorum ptisim significantium aptum ponunt.

Decisio secunda in physionomia manus magnæ secundum omne ipsius esse.

Adiutorij omnis ulnæ iunctura & manus cum intantum prolixitatis extenditur ut erecto corpore medij digiti extremitas ad genua appropinquet, humiles & fortes significat homines. Sed Zacharie filius hic uelut aduersans subintulit, cum brachia adeo fuerint elongata ut manus pertingant ad genua, subtilitatem arogantiam ac regnandi cupiditatem designant, Alexan. quidem ait hæc signa audatiam & probitatem cum largitate ostendere, & tales æstimant Alexan. manus habuisse. Nam q; Zachariæ filius aduersetur, in aliquo arogantiam & regnandi cupiditatem aut audatiam secundum Alexan. confitendum. Cum autem huius prolixitas ad fœmur tantum extenditur, maliuolos declarat, alienis malis congaudentes mundi & enim sunt hij dicunt nonnulli. Hoc etiam signum, timiditatem & discordiæ amatorem & ignorantem ostendere. Cibum, qui cum desiderio os extendunt assumentes ut manibus occurrant, breuia quidem & decurtata sunt il

lis manuum organa, maleuoli & inuidi existentes, uiuentes. n. Inuidia frigiditatis filia Saturno, generante. Tenues cubiti aut & pleni, si imbecilles extiterint, ægrũ itẽ testantur & indocilem. Manuus leues ·subtilles sufficienter protensæ sapientiam & bonum designant intellectum Arist. palmæ longæ cum digitis dominium suum significãt bene dispositum ad multas artes & præcipue mechanicas, & sapientem in omnibus & est boni regiminis signum. Et manus uehementer breues stultitiam significãt & maximæ si cum digitorum fuerint breuitate crassæ, et dicunt ꝙ breues ualde & igneæ fortes & bene sagaces ostendunt, hoc tamen non uidetur mihi simpliciter asserendum fore. Crassæ quod si manus digitos si breues ultra mẽsuram habuerint tergiuersorem furem insidiosum denotant. Et manus intortæ & tenues uoracem indicant & loquacem Graciles manus multum q; longæ tiranidẽ & stoliditatem insinuant dicit Arist. quorum manus fuerint palmæ intrinsecus sectione notabili plurima per totum sectatæ longeuũ existere. In quibus chiromantici longum traxere sermonem. Digiti quidem coherentia coniuncti nundum ostendunt. Collecti uero & conglobati audrum & malignum indicant, parui & tenues stultum. Craßi parcum inuidum, & parcum ostendunt falsum. Et nimium prolixi & tenues ualdæ longæ a sapientia. Moderato a se distantes spatio leues & loquaces iudicant. Et digitos longos ait aulicus longitudinem additamentorum Episcopis ostendere. Digitorum qui condecentis fuerint spetiei, magnitudinis ut tẽperãtiæ, optimos mores testantur.

Capitulum sextum & decisio singularis partium in physionomia poste riorum dorsalium.

Dorsum latum & solidum uirilitatis est signum, & contrarium multo generi ascribatur, & cuius dorsum curuum ē si molli fuerit carne congestum et si qua iuxta illud sint angustiora uelut subcinctum, hic uirtute præcellit & in uenationis studio summus existet. Dicunt etiam dorsi cur uitatem morum denuntiare malitiam. Dorsum amplum & extensum fortitudinem arogantiam & ire denotat ue hementiam. Tergi subtilitas hominem discordantis naturæ significat. Amp̃. spinæ pars inferior si lata iaceat natibus & molli carne circundata effœminatum ostendit comparatum mulieribus. Si autem prolixum et in acutum terminet libidinem temperantiam & timiditatem signat. Adhuc habentes magnam latam articulatam fortes existunt & e contra, Lata uero tenuia angusta & depressa timiditatē significāt quæ aūt repleta sunt carnibus & dura indocilitatem testantur.

Capitulum septimum in physionomia partium pectoris cuius prima decisio est in gula & partium pectoris posteriorum.

Cum inferior pars circa gulam quæ iugulum appellatur ad humeros & pectus conclusa et compræssa extiterit tarditatē sensuū & stoliditatē significat, eiusq; manus me chanicarum studijs sunt minimæ apte. Cum & iugulum fuerit longæ ab humeris separatum siue latum & extensum consistens animi denotat imbecillitatem. Medio-

critas autem boni moris & fortitudinis est nota. Pectus latum bene q; dispositum cuius & cæteræ partes sunt amplæ optimus existit, pectoris.n.latitudo hominis est propria. Tenue & inualidum testatur animum imbecillem. Quod carnibus multis est congestum, ut sic indicat, & ingratos. Et quibus pectus est curuum uehementer & musculi sic prudentes ut uelut concauum relinquatur moris signum est prauum. Et cum est eminens ualde calidum est cor ipsorum, non plangere in fletu uel cantu contingit assiduo.

Decisio secunda in physionomia costarum.

Si cui uirorum ut pene mulieri mamillæ dependeant molli carnæ circundante effœminationem innocentiam & intemperantiam designāt, fœmellarum aut cum magnæ fuerint & abscissæ inhertes sunt & olentes & magnitudinis nota, molles omnino bonam indicant nutrituram, paruæ quidem extenuatæ siccitatem denotant & imbecillitatem. Elleuari quidem cum inceperint luxuriam testantur proximæ excitari. Sufficienter magnæ & plenæ secundum Gal. perfectam uidentur digestionem ostendere.

Decisio tertia in physionomia costarum.

Bene costati existentes fortes existunt quod cum carnis multitudine erit stoliditatis est nota. Costarum gracilitas cū musculorum gracilitate totius debilitatem ostendit. Et costis quidem circundati cum ostenduntur uelut utri inflatī loquaces stultiloquios ac etiam bibulos sæpe notaui.

Capitulum octauum de physionomia uentris cuius prima decisio est de physionomia uentris.

Ventris magnitudo nimietatem libidinis declarat & quibus sunt carnosiora uẽtralia fortes dicũtur existere quos & Hyppo. dicit infimis purgationibus apparatos, dicit et uentrem mollẽ in iuuentute in plerisq; in senectute coartari, & econtra, quod in senectute indicant grauitatem. Ventrem quidem molliorem ac impræßibiliorem ait Loxius magnificentiã ostendere. Inquit Arist. ad Alexan. habens uentrem magnum est indiscretus stolidus superbus coitum appetens. Mediocritas quidem uentris cum pectoris strictura decenti altitudinem intellectus & bonum cõsilium testatur ostendere.

Decisio secunda in physionomia simmetriæ huiusmodi partium.

Attendere os ad spatium quod est ab umbilico inferius usq; ad finem uentris & spatium quod est a pectore usq; ad colli initium ubi extat furcularum origo, hic nanq; naturaliter extenso, est æquale quod taliter existens perfectam animi uirtutem & corporis insinuat habitudinem. Si uero quod est ab umbilico usq; ad extremum pectoris maius sit, quodq; ab extremo pectoris usq; ad furculas, uoraces denotant & insensibiles, latitudinem uentris etiam sensitiuorum strictura dicit Aristo. cum ea quæ sunt ab umbilico deorsum usq; ad fũdamẽta fuerint hijs quæ sunt ad pectus inde maiora hos imbecilles & breuis uitæ existere.

Decisio tertia in physionomia ypocundriorum.

Ilia si solida fuerint dura & discreta oßibus ferum indicãt & bellatorem leonibus comparatum. Si uero fuerint molli carne contenta muliebrem animum denotant, Irsu-

ta & rugosa nimium, cute inde circundata exili malignitatem testantur, ylijs sumarum comparata fortes renes habentes uenationis ferarum dicunt amatores, & hij ad canes laconicos referuntur. Et qui oßium habent pectinẽ et in acutũ protensum, sunt mali. Aiunt luxuriosos magni pectinis, si os mulieribus extiterit attenuatũ carne, & in acutum protensum, nocentem coitum præstare uuluæ amplitudinem significare.

Capitulum nonum & est decisio vnica in physionomia membrorum generationis.

Testiculi parui maximæ non pilosi, cunctãtem malorum q; morum uirum ostendunt. Testiculi uehementer magni cũ uirga existẽtes stolidum inhertem asininum declarant. Pendentes in longum testiculi uisi sunt liberalitatem & communiter imbecillitatem ostendere, Arist. dicente, testiculos circa anum opportere aplicari & ideo uiros minus contingit estate quam yeme coire. Si indecenter sinister testiculorum dextero maior fuerit fœmelle hic ut plrimũ ẽ generatiuus cũ eius maximæ frigida natura extiterit. Si uirga nimis fuerit magna stolidum & durum ingenium solet ostendere interdum tamen corporis paruitatem insinuat. Solet etiã fortitudinis secundum adiecta nota existere. Et uirgam uehementer longam dicit Arist. generationem impedire, quæ fortaßis iam frigidã uideo posse subuertere. Idem autem fit priori cum ultra mensuram tenuis fuerit & breuiata. Muliebria si extiterint obiecta, interius ardentia fuerint coitus, furia nequeunt satiari, quod puellis adolescentibus plerũq; contingit, lata

etiã expoſitaq; libidinoſas oſtendunt. Et nimiũ obſita pin
guedine ſqualore torpentia præter generationis impedi
mentum mores oſtenduntur praui. Cum autem interſti=
cium quod inter anum & umbilicum uerſatur ſenſibiliſ
ſimum fuerit & exterius poſitum libidinoſas & inſa=
nas redit in coitu, uulua in alterum latus conuerſa uel
inequaliter iacens loquacem & libidinoſam inſinuat.

Ancharum oſſa exterius tenſa fortitudinem & uirilitatem
inſinuant, nec mulieribus carnoſa contingunt. Ipſarũ gra
cilitas mulierum ſunt amatores corporis q; cum debilita-
te timorem ĩmittũt graſſæ lacertoſæ plura ſolidæ denotãt
fortitudinem exterius quidem coſte carnoſitatæ multa
congeſtæ imbecillitatem denuntiant & laxitatem. Coxa
rum oſſa foris prominentia cum modo fortitudinem indi
cant. Genua ſic inter ſe conuerſa ut ſi collidantur fœmi=
neam ſignant naturam. Genu oculus Laxus quaſi a reli=
quo corporis ſeparatus imbecillitatem motus oſtendit.
Pars ſub genu exiſtens ſura uel crus appellata ſi facta ue
lut grauida eſſet apparuerit ſordidum & intemperatum
& impudentem oſtendit. Crura mollia fœmineitatis
ſunt ſigna. Eorum quidem ſubtilitatem ignorantiam groſ
ſitiem q; audatiam cum corporis fortitudine ait Ariſtot.
denotare. Crura ſubtilia & neruoſa aſpera ſeruorum
Ariſt. uidentur habundantiam ueneris nuntiare, cum eo=
rum humiditas nutrimentalis conuertitur in ſperma, Re.
ad aues ſuperflua crura et diſrupta odibile inuerecundũ
oſtẽdunt. Quod ſi circa cor, cauillasq; neruoſa extiterint
lacertus ſolutus contexta fortitudinem & audatiã deno
tant et e contra. Crura et cauillæ graſſæ incompoſitæ exi

ſtentes hebetem et uerecundum oſtendunt. Calcaneum gratile timorem immittit & debilem fixionem. Graſſum autem ſolidum fortitudinem & audatiam infima pedum et calcaneorum cum longa ſunt carnibus q; refecta ſtolidū indicant & inſaniam præcipue ad digitorum humiditatem eorum q; uaſtitatem. Quorum pedum ambitus concauitatis eſt ſolidus, hij certi circunſpecti & honeſti eſſe cōſueuerunt. Pedes carnis multitudine cum duritiæ circunuoluti intellectum prauum fatuitatem & amorem denotāt iniuriæ. Pedes parui pulcri & leues fornicatorem et delitioſſum oſtendunt. Pedes graßi & breues firmum inuunt & conſtantem. Prolixi plurimum doloſitatis & pernitiei mentem tractare ſunt iuditia. Menſuram breuitate & tenuitate extendentes malignum deſignant. Pedū yma diſcreta ſi fuerint itinere & articulis, clarum generoſum et uirile notant ingenium. Molles ampla pelle circundati. Impreſionem denotant deceptorem. Curui pedes habentes prolatam longo concauam et reductam reprobandi etiam exiſtunt uerſutam et malignam mentem denuntiant. Planta et omnino plana debilitatem greſſus et fixionis oſtendit. Dicunt et pedis digitos coniunctos habentis fluxum uentris uel ſudoris oſtendere, hæc hactenus de membris ſingulis eorum q; accidentibus ſint indiuidualiter phyſionomizata.

Capitulum vndecimum de phyſionomia in qua ex pluribus partibus ſimul ſignificatio accipitur et eſt prima deciſio in phyſionomia ſignorum hominis temperate naturæ.

Reſtat

Restat deniq; uniuersaliter & plurium partium significationibus acceptis similiter unum aliquod physionomizare eius staturam, inter dyametros optinet æqualitatem & inter pinguedinem & macredinem similiter habitum obseruat mediocræ. Color eius est albus rubeo permixtus cutis subtilis splendida. Manus & pedes in omnibus dispositionibus medij. Caput corpori proportionatur grande corpori ut sphera cerea manibus utraq; leuiter cõpræssa figuratum. Nares erectæ linealiter et per pulchræ. Oculi haropoti inter nigrum & uarium medij in quibus humiditas clara existit & pilis in dispositionibus medijs. Et ad unum corpus omne medium reperitur. Similiter & in hijs quæ sunt ut in moribus & in alijs temperamentum inuenitur. Et huic dispositioni corporis opposita contrarium protestantur.

Decisio secunda in physionomia hominis. sapientis phylosophi.

Statura ipsius erecta cum carnis æqualitate, color albus modica rubedine participans. Capitis figura ipsi inest ante dicta, magna sufficienter & expansa, oculi inter uariũ & nigrum cum mollicie acies quorum est letanti similis. Manus quidem planæ cum digitorum digestione moderata articulatæ. Capilli inter multos & paucos medij planos & crispos subnigros & flauos mediocris barba & pulcra & sufficienter rara.

Decisio tertia in physionomia signorum boni intellectus & naturæ.

Eius caro leuis & mollis cum paucitate inter craßitiem & macredinem tendens, facies ipsius non multa participat

carne. Eius sunt spatulæ aliqualiter eleuatæ, uenter & dorsum non carnosum. Extrema decenter extensa, Statura media mitis aspectu, eius color inter album, & rubeum, medius tener lucidus clarus subtilis cuius capilli medij & enim sunt antedicti.

Decisio quarta in physionomia ebetis & praui intellectus multumq; equalitate egressi.

Caput ipsius magnum informæ aut paruum facies magna carnosa rotunda mediæ spheræ similis mandibulæ magnæ frons similiter aut in acutum tendens constricta q; circa collum carnosa compræssa lumbi carnosi crura longa genua rotunda digiti manuum & pedum breues & inarticulati circa pedes carnis multitudo spatularum musculi cum carnositate sursum expansi. Venter cum rotunditatæ forinsecus eminens lumbi carnosi crura longa in oculis motus habens tarditatem & color ualdæ est albus ipsius est & fuscus ualdæ.

Decisio quinta in physionomia hominis malorum morum.

Facies ipsius fœda informis similis cutis faciei & totius corporis sicca, maties omnis corporis, frons rugosa longa stricta in acutum conducta oculorum motus tardus habentium maculas nigras & capillorum nigredo & asperitas quæ omnia cum effectu in quodam sotiorum notaui.

Decisio sexta in physionomia signorum audacis.

Statura ipsius erecta, ossa fortia extrema & costæ, iuncturæ magnæ solidæ pectus latum magnum armi quadrati collum plenum fortæ uiuidum musculosum spatulæ fortes et tota spina solida musculosa uenter magnus in se contra-

ctus, lacerti coxarum crurium magni neruosi ualidi, superiora informalibus maiora & pleniora cutis spissa congesta, frons magna uenenosa oculi semicantes Karopoti ut nec sint omnino aperti nec totaliter clausi. Supercilia erecta capilli rigidi asperi non sine pilis sed in pectore & spatulis pilosus.

Decisio septima in physionomia signorum timidi.

Ipsius statura est inclinata non recta circa faciem subcroceus aut subliuidus, oculi imbecilles frequenter palpitãtes quæ sub umbiliquo sunt sursum retracta. Corporis debilia extrema crura parua manus longæ & subtiles lumbi parui uacillantes nates magnæ crura & pedes parui inarticulati & intuitus stupefactibilis & tristis & capilli plani & subalbidi.

Decisio octaua in physionomia signorum inuerecundiæ.

Statura eius non multum longa color rufus, facies rotunda oculi plurimum aperti foris prominẽtes acutæ intuentes & intentæ palpebræ crassæ sanguineæ pectus in anterius cum incedit tendit, scapularum musculi sursum eleuati, torax aliquantulum gibosus multum loquax et uarius, eius signum est multa oculorum apertio & acuti intuitus.

Decisio nona in physionomia signorum ornati quiuerendo opponitur vtrunqꝫ.

Oribus sollicitis corpore rubeos colore sanguineus facie rotundus sed si contractum gerit pectus motibus tardus loquens tardæ uox spiritu plena, oculi hilares non splendẽdi nigri, cum ualdæ aptus oculis nec omnino clausis tardæ palpebrizans. Oculorum.n.qui palpebrizant hij qui-

dem timidum hij uero calidum significant.

Decisio decima in physionomia signorum animosi viri.

Frons ipsius sufficienter carnosa & lenis & quæ sunt circa oculos caput somnolētiora non intensæ nec remissæ inspiciens in motibus tardus non præceps moribusq; temperatus capilli fortes et subrufi.

Decisio vndecima in physionomia signorum seruilis.

Oculus confractus contusus despectionis imitans genus flexibilis, Inclinatus capitis motus manuum impliciti, circunuoluti, ambulantes duplices, unde Arist. de talium cognitione Alexandro scripsit cum uideris aliquē uisum in te frequentantem cunq; respicis eum terretur & inde erubescit & præcipue si inuitus respirat & lacrimalis dispositio in eo apparebit hic diligit te & timet, cuius contrarium si contingerit inuidus est ac te contemnens, & subdit, Cauæ & præcauæ ab homine infortunato & aliquo membrorum diminuto sicut cauendum est ab inimico.

Decisio duodecima in physionomia signorum auari &c.

Demissus facie & oculis & quæ circa faciem quasi abrasa facies rugosa cogitans suspitiosus non rubeus macer capilli rubei coloris lutei.

Decisio tertiadecima in physionomia signorum iracundi.

Statura erecta, latus, spatulæ distantes magnæ, extrema musculosa crassus concursus capillorum deorsum sanguinei color subrufus iracundi.

Decisio quartadecima in physionomia signorum mansueti.

Eius est curua statura caro mollis humana mansuetudine mẽsurati oculi ad clausionem procliues capillorum cursus nullus in altum tendit, color subflauus.

Decisio quintadecima in physionomia signorum derisoris.

Et dicunt eius oculos rugosos facies eius somnolenta.

Decisio sextadecima in physionomia signorum pusillanimis.

Eius sunt plani oculi faciens membra, & articuli & est macer.

Decisio decimaseptima in physionomia signorum contumeliosi.

Labium superius eleuatum, præceps. Insiliens, & subrubicundus.

Decisio decimaoctaua in physionomia signorum misericordis.

Color eius est subalbidus purus oculi eius quasi lippitudine caligantes humorẽ nares deorsum d st llãtes ploratiui sunt & muliebres fœminarum amatores fœminarum generatiui negotiorum memoratiui aliorum carnosi sunt & calidi, dicitur etiam q̃ misericors sit sapiens timidus & ornatus. Et in misericors indisciplinatus & inuerecundus.

Decisio decimanona in physionomia signorum comestoris.

Ventris amplitudo ab umbilico uersus pectus & a pectore ad collum.

Decisio vigesima in physionomia amatoris somni:

Eius caput est magnum humidum carnosum uenæ occultæ superiora inferioribus multum maiora, caro mollis ocu-

lus humidus ad clausuram decliuis.

Decisio vigesimaprima in physionomia signorum luxuriosi.

Oculus pinguis motibus insanus, super tempora eius pili sunt multum graßi & recta eorum q; circa uentrem inferiorem multitudo, color albus obscurus.

Decisio uigesimasecunda in physionomia signorum eunuchi.

Ait almansor secundo almansoris q; pro præcedentium doctrina legere ne pigeat eunuchum foræ malorum morum cupidum stolidum & prosumptuosum, q; s. quis castratus non extiterit sed sine testiculis genitus aut minimos habens eunuchus appareat, illis moribus iudicetur, quod deterius est si barba sibi nunq̃ nascatur.

Capitulum duodecimum & est decisio singularis in documentis quę opportet physionomum in physionomizãdo seruare.

Philemon antiquissimus huius scientiæ princeps, tria iussit in signorum consideratione seruanda quorum primum est omnium aut plurimorum, signorum memoria cum applicatione ad subiectum directa, omnino namq; uni signorum credere inartificialium existit quod quidem ut primum & ellementum principium huius inquisitionis retulit existere. Secundnm est signorum adinuicem comparatio & ordo secundum ipsorum dignitates & eminentias quod ex duobus perficitur, ex significationum uidelicet causa & inter se relatione. Signa tamen in alijs potiora capitis existunt & præcipue quæ sunt oculorum, di

ctum est.n.eos flores animæ foræ & cordis nuntios fideles. Spiritus namq; animales penes conceptuum uariationem contingit effectus diuersificātes in hijs maximæ sunt reperti. Deinde in fortitudine iuditij manuum attendantur, signa deinde pectoris & spatularum consequenter aurium & pedum, minimæ autem uentris & natum sic & in alijs comparatus magis signorum dignitas q̄ numerus obseruetur. Vltimum uero prædictorum est ad formā uitæ ac deceptorum diligens adaptatio. Et.n. obseruandū est ne statim signis typo inspectus iuditium inferatur cū fortassis fuerint illorum plurima ualdæ extranea, introducta ut ab infirmitate, aeris mutatione & consuetudinis acquisita, quaræ oportet physionomicū ex materia omni uariationi subiecta significationem suam non simpliciter sed conditionaliter iudicare dicentem quanta ex naturali forma est & huiusmodi talia debere monstrari. Materia nanq; itidem in qua inspiciuntur prædicta conuertibilis est ad opposita propter uim animæ dominantem quorundam ut dictum est prius, & ideo non immerito ait Ptho. alludens in omni re præmeditandum foræ secundum possibilitatem receptoris uniuersam formam agentis, hæc itaque sunt illa quæ ab omnibus alijs communiter scorizata solum in iuditio physionomiæ reperiuntur. Quæ etiam cum expositione quod & inde fuit posibilæ experiri.

Pars tertia huius operis in qua compendiosæ secundum duplicem viam causæ assignantur prædictorum cuius caput primum singularem continet decisionem & est in causarum distinctione.

Quoniam quidem conuenit simpliciter scientiam habere nisi ex causarum accipiatur noticia, superest itaq; acciden tia antedicta cũ causas habeant ultra communiter enarra ta in ipsas sciente reducere. At causæ causarũ duplices ex tãt uniuersales uidelicet & primæ atq; particulares et se cundæ. Primitus uelut innatus expostulat ordo ne idẽ cre bro sit, dictas causas uniuersales & primas particulari bus & secundis opportet præmittere, hæc autem sunt im pressiones & ꝓprietates a superioribus corporibus sem piternis in hæc inferiora delapsæ. Quibus equidem nota existit, graue ẽ præfata submittere si sermones considerẽ tur quos de formarum. 48. realium demptus illarum ge= staminibus existentia cum alijs penè alegoricis ab indis in ultimo orbæ existimatusq;, plurimarum earum diligẽ ti facta ad inuicem seruans propria combinatione. Ista= rum autem. 48. formarum & cæterarum præstantiores uehementius nobilitate & effectu duodecim cognitæ existunt, cum & totius medium obseruentur. Ac per ipsa errantia corpora in hæc apparentia amp̃. rationem for= mæ & unde motus exordium habet decertant & perpe= tuo nunq̃ inde recedunt ad alia accidentia. Quare op= portet in hijs ante omnem latiorem sermonem afferre no minibus suis ordinem & proprietatibus decernendo ut ex hijs & alijs dicendum cognoscatur quale esse fuerit ali cuius cum in ipsius una extiterit natiuitatis Horoscopo.

Capitulum secundum in naturis duode- cim signorum zodiaci cuius pri- ma decisio est a natura.

Duodecim quoq; harum formarum seu signorum primam aries

aries ordinarunt aſtrologi quo quidem aſcendente ſiquis ortum contraxerit ut ſimpliciter eſt dicere eius erit corpus comenſuratum facies oblonga grandia lumina intuitus ad teram demiſſus aures paru e collum longum fortaßis aliqualiter incuruatus crura tenera & ſubtilia multorum pillorum, capillos ſubcriſpos colore ſubrufos. In hijs autem quæ animæ attinent. Magis ſermo decens eſt ipſius ac multus comedere appetens plurimum uox nō uehemens et multorum malorum et morum, iracundus mēdax ab hijs ratione multotiens refrenatur cum honoris & laudis ei inſit appetitus.

Deciſio ſecunda de natura Tauri.

Taurus eſt rectæ ſtaturæ pulchro corpore debilis amplæ frontis & altæ, Narium longarum & acutarum amplijs foraminibus, oculi eius magni ſunt & ponderoſi ſupercilia nigra collum graſſum breuæ capilli uelut recti irſuti & nigri. Quantum uero ad animam grauis eſt et uerecundus in terram intuitum libenter præfingens honeſtæ incedens, uanus tamen & diſſolutus in eius actibus muliebris eſt immenſi appetitus eſt uehementer ambulās tardæ iraſcens iramq; conſeruans.

Deciſio tertia de natura geminorum.

Sunt etiam conſequenter gemini, uniuerſalis corporis ſtaturæ rectæ omniſq; corporis figura ſpatioſa, oculi pulchri pectus latū ſimileſq; armi pili criſpi. Secundū animam uocis eſt magnæ boni intellectus ingenioſi operis eſt namq; ſcriptor & circa numerum computator uel aſtronomus ſeu ſapiens magnus, ueridicus iuſtus deum mediocriter timens præſertim cum Mercurius fuerit eo

rum dominus fortunatus.

Decisio tertia de natura cancri.

Cancer est homo breuis staturæ crassorum membrorum corporis omnia superiora ut uaria ita facie pinguis, oculorū paruorum & multum occasionatorum detentatiua obliqua contorta ellati sunt humeri & capilli crispitudini attinentes breuis est barbæ & Kaianorum oculorū. Sed quidem ipsius animæ existentia mobilis est negotijs uarijs implicitus paruæ discretionis & sapientiæ propter quod Abrham auenezra surdum, & mutum testantur extrema.

Decisio quarta de natura leonis.

Leo est pulchri corporis coloris rosei, cuius superiora sunt inferioribus longæ maiora. Ipsius ut murilegi sunt oculi uisibus persistentes, pectus latum capilli flaui crura sibi existunt gracilia ossuosa, quo ad animam uero est fortis iracundus disciplinabilis tamen & ingeniosus magnanimus ardua temptans stans in eius loco solers in periculis uehementer ambulans obuiatione malus coitum appetens comestor grandis omnium quæ ciborum ei inest appetitus.

Decisio quinta de natura virginis.

Virgo reddit hominem pulchrum q̈si domicellantem staturā habentem aliqualem & erectam non crassam neq; crispam. Secundum animam uocis est accutæ sterilis sapiens astutus bonæ animæ ueridicus scriba & in numero dogmatis & mensura.

Decisio sexta de natura libræ.

Libra est homo rectæ staturæ pulchræ formæ et macredine

& pinguedine mediocris, albæ faciei & corporis nigri Abrahm tamẽ sensit corpus ipsius esse albius facie. Quantum uero ad principium eius animalæ, eius uerbum est decens compositum apparens largus luxuriosus mulierum deletationum amator & uenationum liberalis homo sapientiæ & disciplinæ manusq; ipsius ad omne artificium doctus circa musica instrumenta & cantus.

Decisio octaua de natura scorpionis.

Scorpionis color descendit ad subrubedinem & interdum ad tinturam secundum plurimorum esse & aspectum in ipsa facie inferiori magnæ frontis stricte deformis peruorum oculorum tectorum & latentium humeri sunt ei lata crura longa subtilia, pedes magni & capilli plurimi, quantum quidem ad animam conueniens est loquella agilis cursor multorumq; filiorum iracundus nulla de re contentus dißipatiuus nugax mendax accusator seminator discordiæ dolosus proditione non carens sagacitatibus & ingenijs plenus quibus alios defraudat prudentarius & susceptibilis disciplinæ,

Decisio nona de natura Sagittarij.

Sagittarius est homo rectæ staturæ coloris flaui longæ faciei & barbæ, frons ipsius & mentum acuta sunt. Venter magnus coxæ longæ tibiæ crassæ testiculi & pudenda protensi & ei existit apparentia posterior anteriori famosior & capilli subtiles. Secundum animam uero alacer est & liberalis fortis agilis saltu diligens æquos, & æquitare, callidus non stabilis uoxq; ipsius media & multorum filiorum.

Decisio decima de natura capricorni.

Capricornus est corpore siccus capitis parui faciei acutæ & penè similis capiti oculi compræßi crura subtilia capilli multi plurimorum q; in pectore carrentia. Quod quidem ad animam uox eius attinet acuto luxuriosus multorum filiorum murmuratiuus iracundus dißipans callidus leonibus nugatoribus atq; ganeis federatus ex quibus grande infortunium pacietur.

Decisio vndecima de natura aquarij.

Aquarius est breuis staturæ pulchri magni capitis unū crus sibi reliquo inest maiùs colore & habitudine sanguineus apparens. Quantum autem ad quæ magis animæ insunt grandem & dignum reputant se iactans est seipsum, liberalis artis pulchræ circa piscinnam enim uersatur ut nigris cuius dicit Abrahm desiderium diuitias congregare multum tamen dico inde ipsum expendere aut deuastare sterilis aut paucorum existit filiorum.

Decisio duodecima de natura ipsorum piscium.

Piscis est homo staturæ erectæ mensuratus colore albus oculi ad rotunditatem & subnigredinem magis tendentes, parui capitis magnæ faciei pulchræ barbæ magnarum maxillarum lati pectoris & diminutus interdum membrorum aliquā notam in cubito uel in pede habens secundum quidem animalis principium diligens est somnum gulosus ebriosus uoluntatis magnæ ut cum & iram recipiat diutius continuat.

Decisio tertiadecima in qua succinte ostenditur quid & vbi oporteat alias formas considerare.

Hæc itaq; sunt duodecim formarum descriptæ naturæ quarum proprietatibus sunt hæc inferiora transmutabilia af-

facta. Naturas autem reliquarum. 36. formarum & plurimarum in quolibet etiam signorum quasi alligoricæ existentia maurorum in cœlo præfixarum ommitto tamen quoniam non est præsentis metodi singula enarare tamen etiam quia non sunt ut prædictæ tam grandis ingressionis sic dictum est uirtute & quia ipsarum uigor in ipsas tandem reducitur inuitans ad has uolentem attendere ad librum q̄ Geosar magnum introductorium astrorum in iudicia nominauit & super Abrahæ Auenezre iudei dicti principium sapientiæ quem quidem prout mihi melius passibile affuit cum correptione ipsius q; declaratione in latinum ordinaui eloquium.

Capitulum tertium de naturis planetarum cuius prima decisio est de natura saturni.

Nunc ergo tempus factum est ut septem planetarum a summo seriatim ad ultimum descendendo describantur naturæ ut ex illud uelut ex p̄dictis cognoscantur quas & quales habeant in hæc inferiora proprietates imprimere. Saturnus si fuerit solus ascendentis natiuitatis quod sit cum plures in eo potestates habuerit & maximæ si ascendens inspexerit fuerit q; in ascendente coniuntionis uel inuentionis habens potestatem & dominus horæ super denotabit hominem recte stantem corporis fusci oculorum mediocriū iunctus super cilis plerun q; iustum unum oculorum habentem altero maiorem. Nares spissas & labia & dentes ordinatos pectus tenuæ pedes & propriæ calcaneos fixuris crepatos. Et absolutæ denotat figuram aspectum turpē ualdæ pillosum pectore & eius sunt capilli nigri uelut crispi cuius odor est fœtidus. Quo autem ad ea quæ atti-

nent animæ est fortis laboris perpesiuus profundæ malitiæ retinens iram fetida diligens uestimenta induens sordida & olenta tristis auarus terram inspiciens piger & ponderosus uenerem non diligens q; si dilexerit contra naturam atq; legem copulam adoptabit. Et omnia quidem antedicta cum Saturnus orientalis extiterit. i. ante solus ortum emergerit matutinæ. Amp̃. dictus remissa minus apparebunt excessum recipienda. Cumq; occiduus fuerit uidelicet post solis ortum ad nostrum peruenerit orizontem. Iudica præfata maligniora extra terræ. Quam quidam differentiam & in allegat .4. plurimatis proprior est secundum eorum proprietates inuenire cuius quidem domus sunt aquarius & capricornus honor q; ipsius est libra & maximæ gradus uigesimus eius primus.

Decisio secunda de natura Iouis.

Iupiter omnino sicut dicere est Saturno aduersus staturæ æqualis formosus magnorum oculorum & eorum concauitatem habens paruas maxillas aliquantulum eleuatas cum rubedine pomorum ei adsunt ad multum dentium superiores magni duo parum per diuisi medius q; inter pinguedinem & macredinem attinet carnositati boni odoris capilli longi inter planos & crispos mediocris barba cũ quadam bifurca pulchra & est color illius albus rubeo comixtus. Quantum uero ad alterius principij actus est homo caritatis fidei iustitiæ & pacis atq; consueta dedignatur opposita cogitans pecuniam congregare uictoriam cum iustitia in omnibus optinere & odorifera appetens. Et ipsius sunt hospitia sagittarius et piscis exaltatio cancer & proprie quintus gradus eius.

Decisio tertia de natura martis.

Mars est homo longus ac mediocris secundum orientalem sed ipsius occidentale, coloris ē ad subrufedinem tendentis cū obscuritate aliquali habens faciem turpem granulis rubeis maculatam aut cicatricem uel uestigium ullum oculi eius sunt parui ad rubedinem tendentes. Nasus magnus est & picus dentes longos habens & pectus acutum capilli ruffedini attingentes barba ircina paucorum pillorū spadoni enim similatur. Quantum quidem ad animam est impetuosus fortis audax & bellicosus uictoriosus sanguinis effusor litigiosus suscitans homines ad iram discordiam seminādo turpium uerborum effusor stultus perius rus receptionis plurimæ longus incessus ingeniosus cogitationis iniquæ semper mala loquitur & inhonesta plurima q; ostendens quæ perpetraræ intendat, nullus q; ipso contentatur & e contra. Sunt & domus ipsius Scorpio & aries honor eius capricornus præsertim gradus. 28. ipsius.

Decisio quarta de natura Solis.

Sol est staturæ mediocris albus quadam citrinitate adiuncta formosæ faciei & rotundæ frons alba est eius color mediocris cum albedine pauca capillorum subtilium extensorum nonnulli autem ipsum callum testantur. Quantum uero ad actus alterius principij uocem raucam habet est ydolatra & Hipocrita in aperto iustus homo suæ sententiæ inuerecundus de alijs obloquens ironicæ cuius dominium aspectus ad gradus sublimes aspirans ascendere. Eius initium est dominium uidelicet leo exaltatio ipsius est aries in gradu. 19. eiusdem.

Decisio quinta de natura Veneris.

Venus Ioui aßimilatur spetiosior tamen & blandior existit & denotat similiter carnosum album albedine pura praecipue si fuerit orientalis faciei rotundae multae carnis oculi eius sunt pulchri supercilijs uinctis subnigri labia tenuia collum uiuidum & formosum pectus angustum breues costae capilli ad crispitudinem tendentes, secundum quidem animam ambulans est suauiter locutionis affabilis apparitioni & ornatui plurimum intentus mulierum amator ludorum epulationum ebrietatum & omnino uoluptatum sibi appetitus existit cantu & in instrumentis musicis delectatur. Cuius siquidem aedes sunt taurus et libra & honor eius sunt pisces & maximae uigesimussecundus gradu ipsius.

Decisio sexta de natura Mercurij.

Mercurius est homo & propriae si orientalis extiterit corporis mediocris ad paruitatem declinantis & macre capitis parui frontis angustae & eius sunt oculi pulchri parui iunctorum superciliorum aures tensae nares subtiles manuum digiti longi & simpliciter membra eius omnia sunt tenuia capilli mediocres barba minuta quae quidem ad latus minorationis declinant cum mercurius fuerit a Solae occiduus. Quantum ad ea quae sunt alterius principij est homo multi intellectus & sapientiae phylosophiā diligens boni moris & sermonis perfecti foestini & multi scientia stellarum et sortilegio dogmatis uaticiniorum compositor & propheta omnium manualium ingeniorum peritiam habens multos, amicos acquirens non tamen fortunabitur in illis cuius quidem domus sunt uir-

go & gemini similiter eius exaltatio est uirgo & propriæ tertius gradus eius.

Decisio septima de natura Lunæ.

Luna hominem denotat mediocris staturæ & rectæ albuum glaucedine consperſum modica decorum aspectu mollis faciei rotundæ, dicunt etiã nonnulli ipsam unum oculum maiorem monstrare. Ex aliquo quidem accidenti oculos semper inequales, & eorum sunt supercilia iuncta. Quantum uero ad animam est uagabundus cogitationis plurimæ sermoq; ipsius ignorãtiæ admixtus, obliuiosus pusilanimis timorosus secretorum diuulgator delectationũ amator, & desiderat scire sortilegia historias fabulas & comestionis quærit habundantiam & eius domus est unica .s. cancer, honor uero suus est taurus & maximæ tertius gradus ipsius.

Decisio octaua in complemento causarum primarum et vniuersalium.

Hæc igitur est natura septem erraticorum siderum simpliciter natiuitati seu ossæ alicuius dominantium recta descriptio, quã quidem diligens superum mons inter naturas formarum comiſceat ante dictas phyloſophorum. 5. potestates essentiales quas poßident in signis duodecim potissimæ obseruando, ut potæ domos honores triplicitates terminos & decanos. Considerat itidem esse plurimarum et signorum inter se similiter accidentale, atq; errantium siderum erga luminaria & ad semet ipsos habitudinem ob seruet. Sic nanq; Ali abenragel, cumq; in matutinis apparuerint planetæ corpora constituunt subnigra & quando in statione fuerint prima ea fortia reddunt & passio

nes leuiter tollerantia. At cum retrogradi fuerint corpora faciunt inequalia carentia proportione in seipsis. Quod si instatione extiterint secunda reddunt imbecillia, quando uero occultantur ea constituunt uilia & ad occasiones atq; anxietates suscipiendum apparata. Obseruant quoq; astrologi coniunctiones aspectus radiorum propter corporis receptiones & alia plurima, ylec. alcocodem cum multis alijs ex quibus iudicant in præsenti. Amplius & directiones per circulum signorũ ad aliquẽ graduum uel radiũ fortunæ aut infortunij, ut aliquẽ gradui annum deputando constituunt. Qui autem diriguntur quinq; sunt significatores ut pote gradus ascendentis gradus solis gradus lunæ gradus medij cœli pars fortunæ ex quibus prædicant futura natorũ. Et similiter ad hunc modum perfectiones ordinant, unum signum ualet cuilibet anno adaptando fridarias & alia plurima ex quibus futura prædicant contingentia circa natos. Rursus ut magis diffiniant quod in figura natiuitatis uniuersaliter est ostensum figuram super hanc componunt quolibet anno cum sol ad idem punctum peruenerit quo fuerat natiuitatis tempore eam q; reuolutionis natiuitatis figuram appellantes atq; talia non sunt considerationis intentæ sed geneastice potius artis profunditatis immensæ, ijs de causis uniuersalibus & primis ratio terminetur.

Capitulum in assignatione causarum particularium & secundarum. 4. cuius prima decisio est in principijs primis generationis nostrę.

Hijs quidem habitum est & nunc dictam hystoriam in causas particulares & secundas sub compendio absolutæ re-

ducere, per ipsas.n. proprijssimæ est scire ut ex ipsis graduali facto processu significationum preassumptarum ratio ualeat denotari, uolentibus autem hoc opus sic ad principia generationis nostræ attendere hic siquidem secundũ Arist. documenta apparent quorum unum & multum locũ tenet organi & materiæ. Et hic spiritus quidẽ existit in spirituoso spermatæ interceptus. Alterũ uero factoris et fortis uirtutis uidelicet ĩformatiuæ intellectus seu res diuina uocatur. Is quidem spiritus cum propriam seruauerit naturam huius uirtutis extat subiectum qua & suscepta illustratur animam recipit primam ex qua dependent uirtutes perficientes subiectum antedictum atq; ad animam perfectiorem ipsum suscipere disponunt ut ex ipsa perfectiores itidem uirtutes eueniant. Et iste quidem primitus complantatus seu cognatum calidum spumoso seminæ immixtũ duo sunt calido affectus, quorum alterum uiuificũ & cœlestæ quod gemina faciũt spermata naturã habentia proportionalẽ astrorum ordinationi. Reliquum uero est callidum ellemẽtare igneum consumptũ per quod dictum est ab Arist. nullũ aliud generari. Si itaq; reliqua mutabilia uocata fuerint spiritu sustentata perfecto duplici calido ut determinatis utitur organis altero ipsius uiuifico & principij quo intellectum uocat operatio astrorum, sed quid redditur simile donec partiũ principalior facta m uitam deinde suscepit propriam, quare & gratiosæ dictum fuit hic. s. uocatum intellectum quod est uirtus informatiua principium foræ a corpore separatum cũ eius actus non perficiatur organo corporali, operatur.n. hic dictus intellectus practici cuiusdam operationem intelle

ctus, quicquid est ut organo iam dicto medio sperma generationi reddatur in uitã animumq; omnem susceptiuo impingat, ut et formam debitam ex humore cuilibet partiũ inducat atq; remissionis qualitatum simplitium excellentiß. contraria concorditer stare compellat, cum sit omnino uiuificum et minimæ corruptum, ipsius namq; ossæ non est ex contrarijs constitutum. Est q; instrumentorum reliquum, secũdarium utpote ellemẽtare calidũ cuius actus est ut ex cõtraiacentibus passionibus materiæ ad formam aptam tribuat dispositionem, ut frigida quidem calefaciendo & e contrario dura uero mollificando uiscosa quoque sequestrando ut & disgregentur eterogenea ethomogenea congregationem suscipiant sicq; tandem organizatio partium extremorum reddatur perfecta. Ita uirtus informatiua uidetur in spermata medijs præfactis organis operari ut faber per formam artis in anima existentis ignæ & in alijs medijs operatur in ferrum. Et propter hoc dixit Arist. opus naturæ opus existere intelligentiæ. Cũq; uirtus huius spiritui fuerit spermatico ab originali principio immersa, sperma namq; disoluit solum Aristot. seola, in spiritus organis denotatis operat in materiam instrumentum fœmelle ex cuius quidem puriori partæ et anteriori sanguinis, cor informatur quod omnium partium aliqualiter tempore & natura præcedit generationem. In cuius consimiliter uigore umbilicus cerebrum epar & cætera generantur. In corde .n. est forma secundum Arist. epatis. Et in hic anima prima operatione rei diuinæ in spiritu primitus suscepit scibilem sedem ut rex in regni parte nobiliori firmauit, sicq; spiritus hic innatus

purus rationem formæ & perfectionis obseruat se quæ per omnia membra diffundens simplitia, quia & Gall. testatur animæ instrumentorum primum. Et tunc ex iam adductis anima in cordæ fulcita spiritu coadiuuante humidum generat nutrimentale appellatum, quod cum formam subtilitatis & paruitatis uirtute animæ fulcitæ secundum aliq̃ complexionem assumpserit factus spiritus materialis & fluens qui dum conuersionem modicam secundum Gall. digestione suscepit spiritum nutrit & constantem facit a resolutione innatum atq; ipsum uelut nutriẽs, ut nutrimẽtum trãsmutat et locum ipsius spiritus dũ aduc secundum plurimum materialis existit, medicorum uerba interpetrans. Auicen. cum Al. dicit cor esse & arterias quorum occasione genitus est. Cuius si qua pars ad rethe mirabilæ peruenerit quæ testatur ex tunicis super tunicas & rugis super rugas, stupendæ est compositionis inter pannum fortem & craneum sub cerebro situata quadam decotione digeritur & inde in cerebri uentribus formam per uiam subtilitatis & ludositatis amplioris acquirens conclusionem q; aliam remissa suscipit caliditate Et tunc spiritus efficitur animalis cuius offitium sensum & motum omni corpori est per neruos præstare. Cum uero parciu salia ad epar peruenerint per uiam inspisationis turbulentiæ & quietis nouam formam acquirit cõfectionẽ ipsius. Amplius humectata undecunq; calefacta & spiritus decoctus in epate efficitur naturalis cuius adest offitium se instrumentum uirtuti præstare nutritiuæ. Et hunc spiritum quidam non posuere perypateticorum dicta seruantes. Si autem aliqua portio prædicti spi

ritus ad testiculos superuenerit tempore secundum aliam complexionem uirtutem generatiuam constare facit in illis, quod etiam Arist. non consentit cum uasa inuoluta principium senserint spermatis generatiuum. Itaq; quidē res diuina spiritui innato impressa ex humido priori sibi con sono cordis aliarum q; partium principalium & tandem omni competentem iam animam ex hijs in corde positam organizationem ydoneam operibus inducit. Cū autem cor cum umbelico & alijs predictis penè perfectionem habuerit uirtutæ eius cum agentibus spiritus subiectus ex sibi proportionali humido generali conascitur, quibus denique pactis ex ipsis omnes actus tam materiæ q̃ animæ dependent & e contra cum probatum sit in antedictis animam corpori coniunctam ipsius passionibus affici & e contra.

Decisio in assignatione causarum physionomicarum assumptarum ex spiritu innato vel callido cum eius principio octauo.

Nunc autem ex hijs non est impossibile nec intelligenti difficile cum principia præhabita aut optimæ possint se habere seu pessimæ aut ad alterum extremorum declinare omni in hystoria dictorum causas rationabiliter monstrare. Spiritus siquidem innatus & humidum sibi naturale cognatum a quibus occasionaliter uocatur intellectus cum anima prima dependet. Et spiritus adueniens per confricationem continentiam cordis & uenarum ex humido nutrimentali sanguineo generatus sibi cognato diuersitatem suscipit multis modis. Vltra namq; mensuram aut subtilis existit substantiæ uel crassæ aut turbidæ obscuræ

uentosæ aut leuius motus uehementis ſeu grauis, multæ quietis aut qualitatis erit excellentis primariæ ſimiliter uel comixtæ,ut autem excellentis caliditatis.ſ.uel humiditatis aut caliditatis ſimul & ſiccitatis caliditatis & humiditatis frigiditatis & humiditatis frigiditatis & ſiccitatis, Aut quantitatis erit ſuperfluæ ſeu diminutæ cum et in alijs diuerſitatibus ad has reductis eſt ſimiliter inuenire. In hijs quidem omnibus eſt et meum temperamentum q; inuenire, luminoſus tamen et clarus hic inuenitur habere eſt omnium ſpiritus, peruia natura cum ſimilitudinem habeat cum cœlorum ut dictum eſt ſubſtantia. Quibus et dehinc ſimiliter aliæ ſibi coniunctæ in genere propinquo ſeu remoto deductæ ex ipſis uelut ex cauſis proprijs ſubſiſtẽtes enarata. Multi firmiores autem effectus et mirabiliores plus q̃ ſimpliciores conſurgent quanto plus fuerint hæc compoſitiora & maximæ ſi ex generibus diſtantibus componantur uelut in elementorum mixtura Alex. perypateticus æſtimauit iubens eam admirari cum altisſimi nimiumq; ſtupendi euentus inde perueniant in nullo componentium unienti. Dicatur itaq; propoſitum amplius attingendo ſpiritus quoq; ſpumoſitati ſpermatice ĩmixtus ſi calidus uaporoſus uelut cuidam ſpiritui exteriori confœderatis multis erit illi omnis quam obediens fluida minus extet materia intellectus uocatus in aĩa et ſit ſubdere ferè exemplariter deinceps in ſignificatione potiori figurationem capitis ſpermatici attinentem ac expoſitioni cum huiuſmodi figura oculis adducẽt ex quibus ſtoliditas inſtabilitas imperceptibilitas inſcientia inuerecundia diuulgatio pretaciti linguæ intemperamentum et

alia maneriei huius hystorizata per prius. Spiritus.n.hic motus nunq̃ pausat confestin fata gerẽs exterius apparere. Et si frigidus talis extiterit cum eo medio existente uocatus cum anima intellectus nequeat materiam ab ipso sopitam apte protendere, capitis organizatio grandis materiæ molæ deformis irregularis & oculorum similiter cum situatione profunda ex intellectu consurget & anima propter quod inhertia imprudentia inuidia impudicitia inobedientia & cætera concurrerunt iuditia huiusmodi. Ex talibus.n.instrumentum saturni natura priuatum nequit materiæ obtinere dominium illam in suis locis extendere aptatus nec eam luminæ irradiare uiuifico ut optat. Siccus quidem existens exilis cui multitudo minimæ conuenit caput paruũ et debile oculos stabiles exsiccatos res diuina & anima illi subueniens ex eius materia instituit unde imbecillitas & uitæ breuitas stoliditas in bonis malis q; astutia inuidia. Humidus autẽ cum fuerit turbidus spissus & multus cum tali materia inepta omnino & uti informalis quasi quadratæ compræssa figuratio capitis & oculorum cum quadam latitudine intollerantia ab actiuis consequetur antedictis quare inuirilitas pigrities indocillitas obliuio uoluptuositas & huiusmodi apparebunt & q̃ spiritus ab eius temperamento distanter recessit nõ ualens quæ suaserunt exercere & simili fit proportionatæ considerans cum spiritus prauas naturas simplices & coniunctas pœnes hunc spiritum cum suo humido secundum omnium gradum differentiam uariare ex cognitione præacepta simplitium differentiarum in generibus antedictis compositarum euentum recipere.

Extat

Extat quoq; ut dictum est in quolibet genere medium mensuratum accipere ex quo quidem optima & uniformis capitis & aliorum omnium organizatio consequitur. Ea propter lõgeuitas, ylaritas, uirilitas, sapientia, prudentia & omnino quæ uirtutis sunt omnia huic occurrent composito, nisi spiritus subsequens talibus aduersetur. Qui autem tamq̃ exemplariter de capitis & oculorum melius inductus est compositione & esse & nobis de alijs partibus secundũ prædictũ canonẽ expedit obseruare.

Decisio tertia in assignatione causarum physionomicarum ex spermate naturali.

De hinc uero spiritus decurrẽs secundus tanq̃ in pabulũ priori constitutus oppositionum porrò præacceptæ animæ instrumentum, ideo uelut ipsius coniuncto uinculo existente secundum esse q; extrema eius uidelicet humidum contraxerũt sanguineũ & natura quæ principiũ spiritum afficit organizationem ante relictam in præsentia generibus diformitatis omnes operationes cõsurgunt cum agẽtia & recipientia principalia & organica intermedia superueniunt plurimam rationem agentes ad unum pacientis uero ad reliquum habentia. Et merito hic spiritus rationi omnimode subicitur, subtilis .n. et humectatus existit talis que substantia secundũ Gal. & Auicen. plus recipitur & q; ipsius generationis humidum existens sanguineum nunquã secundum idem permanet quietatum, cum incessanter per gentium genera permutantur quæ medici res non naturales appellant. Et similiter prcpter alia dicenda præter naturales res ab illis nominatas fit mutabilitatis subiectum. Nam quidem spiritus huiusmodi si substãtiæ fuerit depuratæ & claræ permanserit multæ ue quantita=

tis & caliditatis additæ ſpiritus indæ qui ortum contra
xit eius ſuſceptum ad ſtoliditatem iracundiam indiſcre=
tionem & talium cætera adaptabit, præſertim ſi talium
configuratio huic configeretur diſpoſitioni. Si autem ma=
teria potius fuerit frigida aquoſa ſubtilis non turbida
ſpiritus ex ipſa proportionat̃ huiuſmodi factis ad cordis
debilitatem uitæ breuitatem pigritiam timorem puſillani
mitatem fœmineitatem obliuionem, paruam ſiquidem cali
dus graſſus minimæ turbidus ex huiuſmodi materia agẽ
tis genitus materiali ſubiecto conformis, longeuitatem cor
poris robur uirilitatem audatiam liberalitatem diutius re
ceptam ſeruantem gaudentem ſufficiẽtẽ parumper iraſcen
tem & talia conducit huiuſmodi. Quod ſi hic cum frigi=
ditate craſſus exiſtat quantitatis menſuratis non tamen
turbidus uitæ breuitatem inualitudinem demiſſionem ali
qualem ſolicitudinem aſtutiam triſtitiã aut gaudium non
promptæ denotantem inducet. Si uero talis turbidus cum
ſua extiterit materia ineptum credidit & immundũ aua
rum malæ diſcretionis ſimpliciter & intellectus ira con
citatus lentæ niſi ex uiolento conſurgat accidenti. Spiri=
tus quoq; cum plurimus fuerit uentoſus caliditati admi=
xtus non clarus ſtoliditatem inconſtantiam uitæ breuitatẽ
et talia inducit, ex ſufflatione namq; uehementiori primũ
ſpiritum ſeu cognitum calidum, ſubtilis turbidus pauens
et frigidus ſiue ſubtilis aut craſſus multus ſeu pudicus tũc
uitæ breuitatem ſtoliditatem inuirilitatem pigritiam fan
taſticum gaudium triſtitiam & cætera taliumq; malorum
ſunt morum cum difficultate tamen inducet. Et in omni-
bus ut dictum eſt reperire contingit quod longeuitatem
uirilitatem ſapiẽtiam letitiam ac cuncta quæ perfectionis

ſunt & uirtutis inducet. Oportet q; & huiuſmodi differẽtias non ſolum inter ſe & ad formas primas proportionem aut improportionem habere debent aliquid perfectionis aut imperfectionis efficere ſi ad cor eodem modo quod uitæ apparens fons eſt & initium. Ex hijs igitur aduertens dilligens intellectus cum naturas primorum ſimplitium ex naturali phyſionomia præſciuerit multimodas poteris compoſitiones ordinare ex quibus ualens erit antedictorum in hyſtoria cauſas aßignare cum ex differentiarum primarum coniunctione uarij & diuerſi effectus habeant conflari. Quod autem dictum eſt hactenus ſit tanquã uerbi ſufficiens itidem monſtratum.

Capitulum quintum continens ſingularem deciſioni in oſtenſione eorum quibus virtus informatiua ſuum diuerſificat actum.

Propter hoc quoq; *dicendum eſt q; intellectus uocatus actus ex. 3. poteſt uariationem ſuſcipere aut ex parte originalis principij a quo primo deciditur & in uirtute ipſius operatur quæ quidem cum fortis fuerit per omnia figurationẽ aßimilatam priori mouenti inducet, & e cõuerſo ſi aliter contingerit, propter quod factum eſt ſecundum Ariſt. q; generante in brachio ſtigma habente generatum ibidem habuit illi ſimile. Aut ratione ymaginationis fortis tempore coniunctionis & ſpermatis caſus & præcipue mulieris et de hoc Ebeſceniſte in eorum phyſionomia & medicina longum & ueriſimilem fecere ſermonem. Variatur & . 3. ex parte formarum aſcendentium præfatarum de quibus prolixam rationi compoſuerunt ſapientes indorum quod equidem a Ptho. & Aly. rodoam filio eius expoſito centiloqaiorum. 96. et in libro*

partium sufficienter inuenitur enodatum. Hæc igitur sun ea dominæ mi quæ præter solitum ex dictis sapientum phylosophorum conatus sum huic scientiæ adiungere ex quibus eorum quæ antedicta enarata sunt utiles causarũ intuenti apparebunt manifesti.

Capitulum sextum incidens cuius est decisio singularis ne aliquis exitet de auctore & esse huius libri.

Cum alias hanc scientiam iu unum uolumẽ lucidæ ac sufficiẽter ordinassem & ipsam honorabilißimo uirorum antedicto in ytalia direxissem quod hic remanserat ad manus cuiusdam scelerati peruenit semper mihi aut alijs comunicare contempsit, quare alocutionis quorumdam sotiorum formam rogamus protendentes aduertens & ne inuidi detratores alieno labori emulantes inde gloriam consequantur remanentibus pœnes me aduc inordinate tamen quæ huiusmodi erant scientiæ præfatum uolumen longæ melius ordinaui quare deo meliori factori omniũ sit laus ꝙ malo illato hic bonum optimumq; creauit.

Explicit liber decisionum physionomiæ petri de Abbano Patauini scriptus anno. M.CCC. xxxv. Pisiensi studio edito &c.

LAVS DEO.

VENETIIS PER COminum de Tridino Montisferrati, Anno domini. M. D. XLVIII

40.

"Petit livre singulier et des plus rare."

coll. comp.

4534

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4946/A